

A-16-430

200-8-11

del collegio de la confr de Jhs de granada. B. 2.

F R A T R I S B - 1458

FRANCISCI  
CORDVBENSIS, ORDI-  
nis minorum regulis obseruan-  
tiæ, à confessionibus Serenissi-  
mæ Bohemorum REGINÆ,  
olim vero Provincialis ministri  
*provincie Sancti Jacobi in*  
*Espania*

*L I B E L L U S*  
De officio Praelatorum, his tempori-  
bus necessario.

*Quæ in hoc opere continentur, sequens*  
*pagina docebit.*

\*

Cum consensu Metropolitani.

P R A G Ā  
Excusum in officina Georgij  
Melantrichi ab Auentino.  
ANNO, M D LXII.



# Hæc continen- tur in hoc opere.

De residentia Prælatorum.

De legibus abrogandis.

Quomodo pro diuersitate tem-  
porum expediat Sacratissi-  
mam Eucharistiam admini-  
strari.

De Hæreticis recipiendis.

## Ad Lectorem.

*Corrige, si semper fœlix vis lectio curvat  
Errata hæc operis lector amice prius.*

Fol. 3. p. 1 linea vltima, ta. lege ita. Ibidem p. 2.  
l. 13. le. mathie. fo. 7. p. 2. l. 16. l. iure. Ibidem.  
li. 20. lege. dignus. f. 11. p. 2. li. vlt. lege. tradi-  
tionis. f. 13. p. 1. l. 8. lege eadem. f. 14. p. 2. li. 22.  
lege, eorum que. f. 17. p. 1. li. 14. lege, fungatur.  
f. 20. p. 2. li. 17. lege. sanc à subditis. fo. 22. p. 2.  
li. 20. lege tempestive. f. 24. p. 2. li. 9. lege, difert.

# Index, notabili- VM SENTENTIARVM, quæ in hoc opere con- tinentur.

## A

**Q**uodam quidem dedit Apostolos, alios  
pastores & Doctores, quomodo intellis-  
gatur. f. 2. p. 2. & f. 20. p. 1.  
Apostoli non habuerant ministros conductiti-  
os. f. 6. p. 1.

Apostoli elegerunt coadiutores, ad simul pra-  
dicandum. f. 6. p. 1.

## B

**B**eneficiorum distinctio, de jure est huma-  
no. f. 12. p. 2.

Beneficia omnia habere residentiam, consonum  
est legi diuinæ, et Ecclesia maxime necessarium.

## C

**C**ommunio sub utraq. specie, sicut cōmunio sub  
una, nunquam fuit ab Ecclesia damnata  
f. 37. p. 2. A ij Cōmu-

*mynia veraq<sub>z</sub>, fuit pro diuersis temporib<sub>n</sub>  
ab Ecclesia approbata. f. 38. p. 1.*

*Vt ergo modus communicandi fundatur in scri-  
ptura. f. 38. p. 1.*

*Communionem sub una specie damnans, est bæ  
reticus. f. 38. p. 2.*

*Communionem sibi veraq<sub>z</sub> specie introducens,  
contra laudabilem Ecclesiae consuetudin<sub>m</sub>,  
nō est alienus à Schismatis nota. Ibidem.*

*Communicans sub una specie, adimpleret præ-  
ceptum de communicando. ibidem.*

*Communicans sub una specie, tantam gratiam  
consequitur, quantam si sub utraq<sub>z</sub> commu-  
caret. f. 39. p. 1.*

*Communicare sub utraq<sub>z</sub> specie tenetur is, qui  
consecrat, ex institutione diuina. f. 39. p. 2.*

*Circa diuersum communicandi modum, stan-  
dum est iudicio Ecclesiae. ibidem.*

*Communicans sub una specie, fit particeps cer-  
poris et sanguinis Christi. f. 40. p. 2.*

*Præceptum de communicando, intelligitur de  
sumptione Sacramentali. f. 48. p. 2*

*Communionem sub utraq<sub>z</sub> specie non urgente ne-  
cessitate, multis, Sūmi Pontifices, concesserūt.*

*Communicandi modus diuersus non uariat fidem.  
f. 40. p. 2.*

*Communicantes sub utraq<sub>z</sub> specie, expedit Ec-  
clesie non separare à communione fidelium.*

*Confessio Sacramentalis ab Ecclesia non potuit institui.* f. 12. p. 1.

*Confessionis tempus determinauit Ecclesia.*

*Ibidem.* p. 2.

*Consuetudo quando non est sequenda.* f. 47. p. 2

## E

*Ecclesia potest aliquid de novo statuere et abrogare, sicut et Republica ciuilis.* f. 34.  
p. 2. et f. 35.

*Ecclesia quotidie referat mysteria quae latent in scriptura.* f. 25. p. 1.

*Ecclesia multa proponit dogmata de novo, ad componendos mores, et reuincendos hæreticos.* f. 17. p. 2.

*Ecclesia quid sit.* f. 1. p. 2.

*Ecclesia non potest variare magistratus adeo institutos.* f. 2. p. 1.

*Ecclesiæ magistratus propter opus adeo sunt instituti.* f. 2. p. 2.

*Ecclesia quilibet habere debet suum Praelatum quod in ea resideat.* f. 18. p. 2.

*Ecclesia plura nūc proponit quāolim.* f. 25. p. 2.

*Ecclesiæ nō sunt separandæ à cōmunione fideliū propter ea quæ nō uariant fidē,* f. 40 p 2. 42 p 2

*Episcopos titulares Christus non instituit.* f. 2.  
p. 2.

**E**piscopi tenentur predicare eodem praecepto  
quo Apostoli tenebantur. f. 3. p. 2.

**E**piscopi iure diuina tenetur residere. f. 16. p. 1.

**E**ucharistia tantum administranda est adultis  
qui iam utuntur ratione. f. 48. p. 2.

**E**ucharistia est tantum pro his qui iam utun-  
tur cibo et potu. ibidem.

**E**x institutione Eucharistie excluduntur par-  
vuli ab eius sumptione. f. 48. p. 2.

## H

**H**æretorum est, nō admittere nisi id, quod  
expresse continetur in scriptura. f. 14. p. 1.

**H**æretici quomodo ad Ecclesiam sunt recipi-  
endi. f. 49. p. 2.

**A**ugustinus pius in recipiendis hæreticis.

**H**æreticus ut ad Ecclesiam admittatur prius  
debet errorem corrigere. f. 50. p. 1

**H**æretici differenter sunt recipiendi ad Eccle-  
siam. ibidem. p. 2.

**H**æreticus est seruus contumax. f. 51. p. 1.

**H**æretibus obstandum antequam conualeant.  
ibidem. p. 2.

**H**æretorum mos vetus. f. 12. p. 1.

## L

**L**Ex humana multocies prohibet quæ prohi-  
bita sunt lege diuina. f. 13. p. 1.

Lex

*Lex humana à divina lege habet vim obligan-*  
*di.* f. 28. p. 1.

*Lex naturalis est simpliciter in variabilis et per*  
*petua.* f. 28. p. 2.

*Leges quando debent mutari.* f. 29. p. 1.

*Legem condens potest eam abrogare.* f. 28. p.

*Legis dispensatio quando est iusta.* f. 31. p. 2.2

*Particularis abrogatio legis non tollit eius*  
*autorisitatem.* f. 32. p. 1.

*Lex iustius pro bono communi quam pro parti-*  
*culari abrogatur ibidem.*

*Legis natura quae sit.* f. 23. p. 2.

*Lex quando abroganda.* f. 36. p. 1. et f. 23 p. 2

*Lex qua non seruatur abroganda.* f. 31. p. 2.

*Lex humana contraequitatem est, quod sit per*  
*petua* f. 33. p. 2.

*Legis abrogatio non arguit in lege, aut in legis-*  
*latore in iustitiam.* f. 33. p. 2.

*Leges contrarie ex ratione earum, pro diuer-*  
*sis temporibus possunt esse iusta.* ibidem.

*Lex abroganda propter multitudinis bonum*  
*quando imminet periculum si non abroge-*  
*tur.* f. 35. p. 2.

## M

*Magistratus Ecclesiastici propter operatio-*  
*nem à Deo instituti.* f. 2. p. 1.

A iiiij Non

**N**on ministrans contra legem Dei facit tempora  
ralia exigendo. f. 8. p. 1.

**M**inistranti lege diuina debetur stipendium, nō  
ministranti uero minime debetur. f. 8. p. 1.

**M**inistratio Ecclesiastica exigit residentiam.  
f. 16. p. 1. & 2.

**P**rälati à Deo sunt ministri instituti. f. 6. p. 1.  
Mercenarius iure diuino tenetur residere.

f. 24. p. 1.

**M**ultitudinis habendam esse rationem docet  
scriptura diuina. f. 30: p. 2.

**M**ultitudo frequenter ex ignorantia errat f. 54. p. 1

**O**

**O**mnis obedientia et inobedientia subditorum  
in Deum refertur. f. 28. p. 1.

**O**bedientia ante peccatum Adæ facilis, post pec-  
catum vero difficilis f. 47. p. 1.

**A**d operandum astringitur omnis qui habet po-  
testatem Ecclesiasticam. f. 3. p. 1.

**P**

**P**aruulis sufficit sacramentum baptismi ad sa-  
lutem, f. 49. p. 1.

**P**aruuli non tenentur sacramentaliter commu-  
nicare, f. 48. p. 2

**P**rälati maiori vinculo quam eorum vicari te-  
nentur

uentur ad residentiam. f. 18. p. 2.

Prælatus est præses in Ecclesia Christus vero  
est Dominus et Princeps. f. 14. per totum  
Prælatus debet animam pro omnibus ponere.

f. 18. p. 1.

Prælati absentia nocet bono religionis. f. 11.

Qualis debeat esse Prælatus. f. 10. p. 2.

Prælatorum munus est docere. f. 21. p. 1.

Prælati sunt velut anima in Ecclesia subditæ  
ut corpus. f. 17. p. 2.

Prælati omnibus est dictum pasce oves meas.  
f. 3. pt. 2.

Prælatus quando potest esse absens a sua Eccle-  
sia. f. 11. p. 1.

Prælati omnes tenentur iure diuino pascere  
oves Christi. f. 3. p. 2.

Prælati non satisfaciunt per vicarios. f. 4. p. 2

Prælatus malus est ut fucus inter apes, bonus ne-  
ro ut sol. f. 5. p. 1.

Prælatorum est abusus per se non docere. f. 6. p. 2

Prælatus unus, nec duas Ecclesias nec duo of-  
ficia potest habere. f. 11. p. 2.

Preceptum de elemosina continetur in prece-  
pto charitatis. f. 4. p. 2.

Pastor ouium Christi maxime necessarius, est  
doctrina. f. 22. p. 1.

Pastoris boni et mercenarij differētia. f. 22. p. 2

A v Pastoris

*Pastoris presencia semper est oib[us] necessaria  
ibidem.*

*Pastor Ecclesia dici non potest qui verbo ex-  
dat: in a non laborat. f. 5. p. 1.*

*Pascere oves Christi est debitum personale.  
f. 5. p. 2.*

*Pastoris cura qualis esse debeat in Ecclesia.  
f. 9. p. 1.*

*Pastor qualis esse debeat. f. 10. p. 2.*

*Potestis ordinis est personalis, f. 5. p. 1.*

*Potestas civilis potest esse in cōmunitate ibidem.*

*Potestas Prælatorum ad accipendum tempora-  
lia fūdatur in ministerio personali. f. 7. p. 2*

*Potestas Prælatorum ad accipendum tempora-  
lia est de iure diuino. ibidem.*

## R

*Respublicæ anima eius cettores. f. 17. p. 1*

*Respublica non est sine præside. f. 17. p. 2*

*Respublica Ecclesiastica melius est adeo insti-  
tuta quam ciuilis ab hominibus. f. 16. p. 2.*

*Respublica non est quæcunq[ue] hominum congre-  
gatio, f. 17. p. 1.*

*Respublica ciuilis potest variare suos magistra-  
tus. f. 2. p. 1.*

*Residentia arctius exigitur in Ecclesia quam  
in Repub: ciiali. f. 16, p. 1.*

*Residen*

*Residentia Prælatorum evidenter continetur in  
sacra scriptura. f. 15. p. 1.*

*Residentia Prælatorum continetur in precepto  
de pascendis omnibus Christi. f. 5. p. 1.*

*Sine residentia non potest Prælatus viriliter pa-  
scere gregem Christi. f. 9. p. 2.*

*Non residens non potest dici pastor Ecclesia.  
f. 16. p. 1.*

*Residentiam habeant omnia beneficia, consonum  
est legi diuinae et Ecclesiæ maxime necessa-  
rium. f. 13. p. 2.*

*Si ad residentiam Iure diuino non tenetur Præ-  
lati neque eorum vicarij. f. 18. p. 2.*

*Sine residentia Prælatorum Ecclesia esse non po-  
test. f. 18. p. 1.*

*Residentiam Prælatorum concernit institutio  
Reipub: Christianæ f. 17. p. 1.*

*Residentia Prælatorum continetur in precepto  
de Euangelizando. f. 4. p. 1.*

*Residentia Prælatorum est petenda à sacra scri-  
ptura. f. 11. p. 2.*

*Si residentia non esset de iure diuino Ecclesia  
posset esse sine Prælatis. f. 19. p. 1.*

*Residere tenetur præses ex eius institutione  
f. 19. p. 2.*

*Residentia necessitas apud Ecclesiam, ex admi-  
nistratinn domus arguitur. f. eodem*

*Reges*

*Reges nec sunt nec vocantur servi Reipub. si-  
cne Episcopi Ecclesiarum.* f. 7. p. 1.

T.

*Testim. vium humanum non sufficit ad con-  
firmando ea quæ naturam excedant* f. 1. p. 1.  
*Testimonium diuinum est scriptura sacra.*  
f. 1. p. 2.

*Testimonium scripturæ adduxit Christus pro  
se.* f. 1. p. 1.

*Testimonium diuinum est necessarium Eccle-  
siae.* f. 1. p. 2.

*Translationis vis ex energiæ in scriptura*  
f. 8. p. 2.

# BEATISSI- MO DOMINO NOSTRO Pio Papæ quarto, Pontifici ma- ximo, frater Franciscus

Cordubensis, Dei gratiam  
& incolumentem.

\*



HRISTI chari-  
tas, beatissime Pa-  
ter, quæ omnem  
sésum exuperat,  
me vt de reb⁹ his  
sermonem facerem compulit,  
quæ vt oculatus testis, & in Ger-  
mania nunc temporis residens,  
saluberrimum antidothum no-  
ni esse membris Ecclesiæ. Ve-  
rebar quidem, ingenij mei im-  
becillitatem detegere : cum in-  
tellige-



telligerem, nequaquam me rem  
ut par erat, in mediū posse pro-  
ferre. Nolui tamen cogitatio-  
ne hac pedem figere: illud con-  
siderans, quod Psalmographus  
canit. Dominus dabit verbum  
euangelizantibus, virtute mul-  
ta. Adhæc lat habebam, ut ani-  
mum ad id faciendum induce-  
rem, quod minimè dubitabam  
dicendi materiam omnino face-  
re mecum: cum munusculum  
hōc (quale quale illud est) quod  
supliciter tuæ beatitudini offero  
corrigendum, sanctissimo tuo  
proposito, ardentissimoq; desi-  
derio subscribat. Quem enim  
latere potest sanctitatem tuam  
ad vnum ouile Christi, disper-  
sus vel.

los velle colligere ? nonne san-  
ctissimum domus Domini ze-  
lum quē habes, opera per totū  
orbem iam prædicant, & preō-  
nijs effērunt summis ? Deinde  
pijſime pater, tuæ benignitatis  
equanimitas magnam mihi ad  
id scribendum confidentiā pre-  
ſtitit. Qua de causa libuit, ob o-  
culos omnium ponere, quòd &  
tantum Pontificem ſcio decere  
nec illum dubito summopere  
velle perficere. Deniq; id face-  
re ſum agressus, vt qui te vide-  
rint ſecundum exemplar diui-  
num, quòd in monte ſacræ ſcri-  
pturæ, tibi monſtratum eſt fa-  
cere, & patrem misericordiarū  
glorificēt, & pariter virtus tuę

ſanctita-

sanctitatis laudata, magna in die  
es suscipiat incremēta, & demū  
ut tuo exemplo, qui ore Christi  
lux dictus es mundi, cæteri Ec-  
clesiæ Prælati, desinat de rebus  
quibusdam male deinceps au-  
dire. Tu quidem Pater San-  
ctissime es Episcopus vniuersa-  
lis Ecclesiæ, & ubi cunq; fueris  
eius commissari pascis, & in tua  
quoq; Ecclesia resides. Sed ne-  
cessarium tibi est, fratres tuos,  
particulares inquā Episcopos,  
ut & ipsi resideant, ouesq; suas  
pascant, qua potueris diligentia  
inducere atque compellere.  
Habes gladium diuinæ scriptu-  
ræ ferreum, exacutum & infle-  
xibilem, quo rebelles omnes &

desi-

desides ferias, & terrore concuti-  
as. Est plane lex humana Rei-  
publicæ Ecclesiastice quam ma-  
xime necessaria : sed collata ip-  
si legi diuinæ, est nimirum gla-  
dius plumbeus & obtusus, atq;  
flexibilis. Vnde tibi tanquam  
moderatori supremo, leges cō-  
dere incumbit & licet : quas, si  
Ecclesiæ utilitas postulat, licet  
postmodum abrogare. Absit  
tamen, ut possis legem abroga-  
re diuinam. Hoc ergo gladio  
sanctitatem tuam, oportet fra-  
tres confirmare, errantes oues  
dirigere, infirmis benigne me-  
deri, ut omnes ad ouile Ecclesiæ  
voluntariè possint adduci.

Non est opus bene valentibus



medicū

medico, sed male habentibus,  
nec veritatis magister iustos ve-  
nit vocare, sed peccatores ad poe-  
nitentiam, propter quos: cū tru-  
culentam membrorum Satha-  
næ, hoc est Hæreticorum, rabi-  
em atque libidinem ad perden-  
das animas præuidislet, verbis  
his pientissimè, principem A-  
postolorum eiusq; successores  
commonuit. Simon, ecce Sa-  
thanæ expetiuit vos vt cribra-  
ret sicut triticum, ego autem ro-  
gavi pro te, vt non deficiat fides  
tua, & tu aliquando conuersus  
confirmas fratres tuos. Singu-  
la verba hic Emphasim habent.  
Ecce (inquit) quo verbo mag-  
nam adsequétia expositulat at-

centi-

tentionem. Docet quidem aperte Seruator noster, Petrum Apostolis cæteris futurum esse maiorem: per hoc, quod illi onus iniungebat confirmandi alios Apostolos, quos ut cribraret sicut triticum Diabolus expetiuerat. Hæc Christi verba Theophilatus exponens, super Iuc. 22, sic ait. Planus huius intellectus is est. Quia te habeo ut principem Discipulorum, postquam me negato fleueris, & ad pœnitentiam veneris: confirmacæteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra es & firmamentum. Intellexerit autem quis non solum de Apostolis dictum, quod confirmati fuerint

erint à Petro, sed de omnibus,  
qui usq; ad consumationem se-  
culi futuri sunt fideles. Tu e-  
nīm Petre conuersus, bonum e-  
xemplum penitenciæ eris om-  
nibus, vt nullus credentium in  
te respiciens desperet. Hæc The-  
ophila<sup>tus</sup>. Et quidem egregiè  
egregius Doctor rem intentam  
enucleauit. Ad te enim pater  
piissime, infirmi non pauci, in  
Germania clamant, in te (bonū  
pharmacum expectantes) fixos  
oculos habent, & à te suæ infir-  
mitatis medelā, clamorosis vo-  
cibus flagitant. Miserere er-  
gò animarum medice, tantorū  
iām iam pereuncium, ne omni-  
no pereant incuria medici.


Ego-


Ego met ego quorundam tetigi  
venas; quid dico ego? sancti  
tati tuæ, benè nota est eorum  
infirmitas. Nostri & benè no-  
sti, sacrum calicem, quem tam  
anxie desiderant, bonæ valetu-  
dini fidei nullatenus posse noce-  
re. Sit ergò, ut Augustinus in-  
quit, vna fides vniuersæ (que vbi  
q; dilatatur) Ecclesiæ, tanquam  
intus in membris, etiam si ipsa  
fidei vnitas quibusdam diuersis  
obseruationibus celebretur, qui  
bus nullo modo, quod in fide  
verum est, impeditur. Ut e-  
nim regius Propheta decantat,  
Omnis pulchritudo filii Regis  
ab intus in fimbrijs aureis, cir-  
cumamicta varietate. Indo-

mino

mino confido, spem quam semper de tua beatudine habui, me fallum non habituram : Deus Optimus Maximus, sanctitatem tuam nobis multis annis incolument seruet.







# DE PRELATO-

## RVM ECCLESIASTICORVM RESIDENTIA,

Quæ superant naturam diuinum exigūbus testi-  
monium. CAPVT I.



OMINVS no-  
ster IESVS CHRI-  
STVS Iudeis non cre-  
dentibus, eum esse Fi-  
lium Dei, neq; eidem  
equalem, de legit testes  
ad fidem faciendam dicens : Ego autem  
non ab homine testimoniu accipio. Per  
hæc verba CHRISTVS hominum testi-  
monium suspectum non reddidit, sed o-  
stendit, quod ad confirmando diuina mi-  
steria, quæ & naturā, & nostri intellectus  
acumen excedunt, non est sufficiens ho-  
minis testimonium, sed ut necessariu di-  
uinum. Ideo CHRISTVS inquit. Ego  
autem habeo testimonium maius homi-  
ne. Et infra: Scrutamini scripturas, quia  
vos putatis in ipsis vitam eternam hebere  
& illæ sunt quæ testimonium perhibent

Ioannis 5.

B de me

de me. Ecce quomodo diuina scriptura  
est diuinum testimonium: quo per fidem  
**CHRISTVS** qui est caput Ecclesiae, &  
ipsa Ecclesia, quæ est corpus eius cognos-  
citur. Sicut enim ipse **CHRISTVS**,  
est quid super naturam, quia una persona  
est **D E V S** & est homo: Ita Ecclesia in  
quantu[m] est eius corpus, est quid super na-  
turam: quia non quæcunq[ue] hominu[m] con-  
gregatio est Ecclesia: sed illa tantum quæ  
veneratur Deo per Christiana relligione[m].  
Religio verò Christiana diuina misteria  
concernit. Ecclesia ergo est quid super  
naturam. Vnde ad definiendum & intel-  
ligendum ea quæ ad Ecclesiam pertinent,  
petenda sunt testimonia non ab homine,  
sed à Deo, & ideo scrutanda est scriptura  
diuina, nam illa est quæ de Christo testi-  
moniu[m] prohibet, & de eius corpore quod  
est Ecclesia. Cū verò clerus sit principale  
membra corporis, Christi mystici, & cleri-  
coru[m] ministeria sint principales acti ipsius  
corporis ab ipsa diuinascriptura petendu[m]  
est: quid de prelatoru[m] residētia, et de eorū  
mini-

ministerio personali, sit sentiendū. Certe  
or enim per ipsā lscripturā, quā per huma-  
nū ius, hui⁹ rei habebitur noticia: cū Ec-  
clesia, et eius ministri, eorūq; ministeria,  
non ab homine, sed à Deo sint constituta.

*Christo Magistratus Ecclesiastici propter  
operationem sunt instituti.*

*CAP II.*

**Q**uamvis ciuilis Respub. suos ma-  
gistratus instituat varietq;, quan-  
do Reipublicæ bono expedire videtur,  
Ecclesiastica tamen Respublica, hac po-  
testate variandi Magistratus: quos ipse  
Christus instituit, omnino priuatur. Nā  
Reipublicæ ciuilis magistratus, potesta-  
tem quam habent, ab ipsa Republica ac-  
ceperunt. Est enim potestas in populo ad  
magistratus creandos, ob temporalis pa-  
cis eiusdem Reipublice conseruationem.  
At potestas spiritualis, quæ est in Episco-  
pis & Sacerdotibus, nō potest esse in Ec-  
clesia, nisi sit ab ipso Christo collata: quia  
huc potestas, principaliter ordinatur ad

B ii exter-

æternam pacem, quæ superat omnem sen-  
sum, & sic non ab hominibus, sed à Deo  
est instituta. Ait enim scriptura : Et ipse  
dedit quosdam quidem Apostolos, quos-  
dam autem Prophetas, alios verò Euangeli-  
listas, alios autem Pastores & Doc-  
tores, ad consumationem sanctorū, in opus  
ministerij, in ædificationē corporis Chri-  
sti, donec occuramus omnes in unitatem  
fidei, & agnitionem filij Dei. Deus enim  
est qui Episcopatus & Sacerdotij potesta-  
tes instituit, quamvis hominum ministe-  
rio, ad istas potestates spirituales, homi-  
nes promoueantur. Iam cum potestates  
Ecclesiasticæ adeò sint institutæ, quis eas  
dixerit potestates esse nomine tenus? Pro-  
cul dubio CHRISTVS redemptor no-  
ster non Apostolos, aut Evangelistas ti-  
tulares instituit, sed vnicuiq; Ecclesiasti-  
cæ potestati suum anexuit ministerium.  
Vnde Paulus, Ecclesiæ ministros, corpo-  
ris cōparat membris, ea de cœnula, quia si-  
cūt in corpore oculus et manus ex eorum  
propria natura habent suos actus, & hoc

à Deo

à Deo creante naturam (nám qui fecit oculum ad actum videndi fecit eum) alias frustra oculus creatus esset, si proprium actum non haberet; ita redemptor noster Episcopos & Presbyteros instituens, nō frustra, sed ad suas oves cura & sollicitudine pascendas instituit. Hoc est quod ait Apostolus. Ad consumationem sanctorum in opus ministerij. Ecce quomo do ad ministerium sunt instituti prelati, & sic Paulus se & alios Apostolos Euangelij ministros vocat.

*Habens potestatem Ecclesiasticam astringitur  
ad operandum. CAP: III.*

**C**VM ergò ex premissis, Christum potestatēs Ecclesiasticas ad suas oves pascendas constet instituisse, iam euidenter sequitur, quod qui adeptus est potestatem Ecclesiasticam & honorem Episcopatus, astringatur diuino iure ad eiusdem Episcopatus onera subeunda. Quia sicut suapte natura oculi sunt ad viuendū ta & prelati ad oves Christi pascendas

B iii sunt

Sunt ex institutione diuina. Et quod in oculo valet natura rerum, id ut in Episcopatus munere fiat, præcipit lex ipsa diuina. Vnde eodem precepto quo ad Christi Euangelium annunciatum Apostolitebantur, eodem & ad prædicandum & ad gregem Christi pascendum, Episcopi qui eandem cum Apostolis potestatem ordinis obtinuerunt, tenentur. Neque ullus hoc poterit rationabiliter inficiari, cum princeps Apostolorum apertissimum scripturæ testimonium allegans, id in electione Mariæ, apertissime demonstrat. Scriptum est enim inquit in lib. Psalmorum. Et Episcopatum eius accipiat

*Autorum I.* *Ioannis XX.* alter. Deinde sicut verba illa : Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata: &c. Hodie habet efficaciam in Ecclesia, quia verbis illis potestas absoluendi a peccatis tradita est Sacerdotibus, ita quando CHRISTVS redemptor noster ouium suarum curam, Petro mandauit, Pasce (inquiens) oves meas, Verba illa ad omnes Ecclesiæ Prelatos direxit. Sicut ergo

*Ioannis XXI.*

ergò verbis illis Christi, personaliter Petrus, & non per vicarios, tenebatur annūctiare Euangelium, ita & omnes Ecclesiæ Prelati eodem iure tenentur, neque facient satis diuino præcepto oves per vicarios pascendo. Ad hæc quam districtæ curam suatum ouium CHRISTVS Apostolis iniunxit atq; præceperit: Paulus insinuat dicens. Si enim euangelicauero non est mihi gloria, necessitas mihi incubit, vñ autem mihi est, si non euangelicauero. Singula verba emphatim habent. Necesitas inquit incubit, mihi & non alteri pro me. Qui ergò Iesus fecerit, ac Apostolus Christi declarat, nullo modo euadere poterit, vñ ultionis diuinę: & per consequens Ecclesiæ Prelati tenentur ex præcepto diuino, oves Christi pascere personaliter.

I. Ad Cor. IX.

*Prælatorum residentia continetur in præcepto de Euangelicando. CAP. IIII.*

**C**Vm Prelati diuino iure, ratione dignitatis quam habent, ouium curā B iiiij gerere

gerere, easq; vt satis iam constat, paſcere  
personaliter teneantur, euidenter ex his  
conſequitur, eodem iure diuino Prælatos  
Ecclesiæ ad residentiam perſonalem te-  
neri, quo & tenentur paſcere Christi gre-  
gem. Qua enim ratione ſecundum diui-  
nū preceptū, munis Epifcopatus ſine re-  
ſiftia poterunt exercere? Sicut enim e-  
odem iure diuino tenemur diligere pro-  
ximum, & eidē indigenti ſubuenire (quia  
ad preceptum de proximi dilectione, ſub  
venſio per ælemoſinam pertinet, vt do-  
I. Ioannis III cet ſcriptura inquiens. Qui habuerit ſub  
ſtanciam huius mundi, & viderit fratrem  
ſuum neceſſitatem habere, & clauerit vi-  
ſcera ſua, quomodo charitas Dei manet  
in eo ) ita eodem iure diuino Prælati Ec-  
clieſiſtici, euangelizare & residere tenen-  
tur. Quociescunq; enim tenemur ad vnū  
quod preſupponit aliud, ſine quo minimè  
potest fieri, quo precepto tenemur ad v-  
num eodem tenemur ad aliud. Cum er-  
gò Ecclesiæ Prælati teneantur iure diui-  
no Euangeliū personaliter anunçiare,  
    & hoc

& hoc sine residentia nequaquam effici pos-  
sit, consequens inde fit eos ad residentiam  
eodem iure teneri. Neque enim sunt di-  
stincta precepia oves Christi paucere, a-  
pud ipsasque residere, cum tantum sit unum  
preceptum de omnibus Christi pascendis,  
& illud Praelatorum residentiam includat.  
Mora enim & incolatus Episcopi, dum  
verbo & doctrina in sua diocesi non labo-  
rat, tantum abest ut edificet ut nihil ma-  
gis & destruat & scandalizet. Talis Prae-  
latus Ecclesie, ut fucus inter apes se habet  
qui quidem cum non mellificet apum mel  
furatur & comedit. Cum enim nullius  
sit frugis, sitque nomine pastoris indignus,  
omnium utilitati non consulit, sed Eccle-  
siæ bona consumit: & per consequens trans-  
greditur preceptum diuinum. Praelatus  
ergo sit instar solis presentie, quem lux  
comitatur & calor, legem Christi doceat  
ad ipsamque faciendam subditorum animos  
moueat, ut vere sit in opus ministerij in  
edificatione corporis Christi, ut ad Ephes-  
ios 4, cap. vas electionis edocet.

B v Praepati

*Prælati ut ministrant, non ut dominentur, à Christo sunt instituti.* CAP. V.

**Q**uanquam in Ecclesia CHRISTI Episcopalis potestas sit publicum munus, oportet tamen quod sit in aliquo particulari, qui illo fungatur munere: cum potestas sit personalis quantum ad actum et exercitium, neque possit esse in tota cōmunitate, sicut est quæcunque potestas civilis in republica ciui- li. Vnde pascere CHRISTI oves est actus & debitum personale. Hoc expressè continetur in sacra scriptura. Nam CHRISTVS de se dicit: Filius homi- nis non venit ministrari, sed ministrare. Hoc imitati sunt Apostoli, qui verbo & opere fuerunt (vt ait Paulus) ministri Euangeli, & dispensatores ministeriorū Dei. In hoc gradu constituti sunt Apo- stoli à CHRISTO ministri. Ait enim Petro: Pasce oves meas. & alibi: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Item: Prædicate Euangelium omni crea- turæ

*Matth. XX.*

*I. Ad Cor. 4  
Ioannis XXI*

*Matth. 28.  
Marci XVI*

ture. & alio loco: Hoc facite in meam cō<sup>z</sup> *Luce XXII.*  
memorationem. & multa alia his similia,  
in quibus exprimitur ministerium perso  
nale, debitumque personale à C H R I -  
S T O iniunctum Apostolis, à quo libe  
rari non poterat ministerio vicariorum .  
C H R I S T I enim Apostoli ordinaue  
runt & elegerunt alios Apostolos, & E-  
piscopos, & Præsbyteros, vt haberent so  
cios coadiutoresque i ministerio. Hiero  
super Paul. Paulatim verò tempore pro  
cedente, et alij ab his quos Dominus ele  
gerat, ordinati sunt Apostoli. Nam iux  
ta Christi verbum, messis quidem multa  
operarij autem pauci erant, rogauerunt  
Deum qui Dominus messis, & misit illis  
alios qui simul cum illis facti sunt episco  
pi et operarij. Non enim habuerūt Apo  
stoli potestatem banc & licentiam quam  
in hoc seculo aliqui Ecclesiæ prelati usur  
pant nullum ministerium ex ercentes per  
se iplos, sed omnia per conductios mini  
stros. Aliud est enim assumere coadiu  
tores & cōsortes ad pascēdas oues Chri  
sti,

*Ad Gallas. I.*

sti, quando Episcopus est idoneus, & personaliter docet, tamen indiget adiutorio, quia solus ad tantum opus non sufficit, hoc enim & Apostoli Christi fecerunt. Aliud est sufficere vicarium, quando Episcopus legem Dei ignorat, aut non vult etiam si sit sufficiens, onera episcopatus subire, vel occupatus est curis alijs quibus nemo militans Deo implicatur. Cum ergo ex hoc abusu innumera mala sequantur, maxime omnium interest Ecclesiæ, illum exterminare. Etenim qua fronte quis dixerit Christum Redemptorem nostrum Dominos non ministros in Ecclesia constituisse? Qui quidem ut quorum cunq; prelatorum futuros dolos retexeret, his verbis apud Math: Discipulos suos edocuit. Scitis quia Princeps gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Neque enim hoc loco Redemptor no-

ster

ster Dominium politicū damnat, sed admonet et ostendit, Ecclesiasticis magistris ab ipsomet institutis ministeriū personale inseparabiliter adherere. Et hac de causa Episcopus hoc est speculator, minister etiam, atque seruus vocatur, Rex vero & quicunq; Princeps secularis, cum non teneatur eodem modo personaliter ministrare, neq; minister, neq; seruus, vocatur Reipublice.

*Prælato ministranti debetur stipendium.*

CAP: VI.

**S**icut Apostolis, Episcopis, Discipulis & presbiteris, (quos sui Euangelij CHRISTVS instituit ministros,) protestatem fecit, ut ad vitam degendam acciperent necessaria, ita & populis preceptū iniunxit, ut spiritualia ministrantibus, ipsi tribuerent temporalia. De iure autem quo populus Christianus tenetur alère ministros ecclesiæ, nullus haec tenus verit indubium, sed omnes diuino iure populum ad hoc teneri, sine controversia fatentur

falentur. At ex eo quod Ecclesiæ prela-  
ti per se ipsos sacra ministrant, populus te-  
netur eis tribuere necessaria, & ipsi Prela-  
ti licite eadē possunt accipere, (vtrunq;  
enim & debitum soluendi & potestas ac-  
cipiendi ex uno illo capite oritur) ergo  
quo iure populus tenetur ministros alè-  
re, eodem ipsis Prelati ad gregem Christi  
palcendum per seiplos astringuntur, nec  
satisfaciunt per vicarios. Paulus enim ait

*Ad Gallas 6.* Communicet autem is qui cathetizatur  
verbo, ei qui se cathetizat in omnibus bo-  
nis. Ecce ex diui pauli sententia, commu-  
nicatio spiritualium, & communicatio té-  
poralium, tanquam correlativa se habent  
in lege Diuina. Quòd cum ita sit, quo iu-  
er Episcopo spiritualia non ministrant, li-  
cebit exigere temporalia? Nonne exacti-  
*Matth. X.* oni huiusmodi aperte contra dicit scrip-  
*Marci X.* tura? Ecce inquit. Diguus est operari-  
*I. ad Cor. X.* us cibo suo. et in alio loco. Ne scitis quo-  
niā qui in sacrario operantur que de la-  
crario sunt edunt. Et qui altario deserui-  
unt cum altario participant. Si nos vobis  
spiritus

spiritualia seminarius magnum est si  
nos carnalia vestra metamus. Ex his & a-  
lijs scripruræ quam plurimis testimonijs  
manifestum est potestatem accipendi tē  
poralia, in ministerio personali fundari.  
Ex quo fit cōsequens. Contra legem D̄i  
esse quōd ecclesiasticus non ministrans  
possit accipere temporalia. Sequitur de  
inde populum nō teneri, eidem non mi-  
nistranti bona illa communicare. Est eti-  
am contra equitatem Legemq; naturalē,  
vt stipendium lege Diuina ministranti-  
bus constitutum, detur non ministranti-  
bus. Paulus enim dicit, nulla mihi Eccle-  
sia communicauit in ratione dati & ac-  
cepti nisi vos ipse enim nō semper vſus est  
hac potestate accipendi, & Diuino iuri  
quo ab illis quibus Euangelium anuncia-  
bat poterat accipere temporalia cessit,  
vtet merito de hoc sit laudādus. Sed proh  
dolor quia nunc temporis multæ, ne di-  
cam quam plurimę Ecclesiæ iuste de suis  
pastoribus cōqueri possunt, quæ cum eis  
ſufficientiſime temporalia cōmunicent,

ipſi

ipsi tamen aut non resident, aut per se ip-  
pos spiritualia non ministrant. Vnde non  
bene coherent iste duæ propositiones, sci-  
scilicet. Prelatus diuino iure, habet pote-  
statem accipiendi bona Ecclesiæ, & Pre-  
latus Iure humano et non diuino tenetur  
ad residentiam. Nec iste bene consenti-  
unt. Prelatus nō tenetur dinino Iure sed  
humano personaliter ministrare, & popu-  
lus diuino Iure tenetur prelatum alere.

*Ex Christi lege Prelatorum residentia est.*

*CAP. VII.*

*Iocannis X.*

**S**Apientia diuina per boni pastoris pa-  
rabolam voluit explicare, curam et fo-  
licitudinem, quam ouium Christi Iure di-  
uino Prelati tenentur habere. Est enim  
apud tacros Doctores solenne, sicut &  
apud profanos Filosophos, ad melius si-  
gnificantiusq; explicandam sententiam  
translatione uti verborum. Ad hoc enim  
inuenta est ipsa translatio. Aut enim pro-  
pria verba deficiunt aut plus illa transla-  
ta significant. Est autem notissimum scri-  
pturam

pturam sacram uti verbis translatis, quę  
magis vt dixi explicant atq; significant  
rem intentam a spiritu sancto. Quod iam  
iam patebit. Ego (inquit) CHIS TVS  
sum pastor Bonus, bonus pastor animam  
suam &c. Plus Christus his verbis volu-  
it significare, quam si proprijs usus fuif-  
set, dicens videlicet, bonus Prelatus aut  
bonus Episcopus &c. Pastor enim tan-  
tam curam habet ouium vt die nocteque  
nō deserat oues, incolit loca deserta, quia  
ibi sunt pascua, non conuersatur inter ho-  
mines vt præfens sit ouibus, non querit  
delicias, sed ouium tantum utilitatem.

Talem quippe curam & sollicitudinem  
CHRISTVS voluit in hac translatione  
significare, qua nulla esset maior aut e-  
qualis. Quod quidem ipsius CHRISTI  
verba sequentia declarant. Qui autem  
(inquit) intrat per ostium, pastor est ouium,  
huic ostiarius aperit, & vocē eius oues  
audiunt, & proprias oues vocat no-  
minatim, & educit eas, & cum proprias  
oues emiserit, ante eas vadit, & oues il-

C lum

lum sequuntur. Quid significantius dici potuit ad explicandam residentiam, & curam personalem pastoris? Et quomodo oves audient vocem pastoris, si pastor est de illis speculatoribus, de quibus scriptum est, Speculatores eius certi, omnes noster erunt, vniuersi canes muti non valent latrare. Qui enim non refidet, quomodo vocabit nominatim oves quas non cognoscit? Quomodo educet eas? & quomodo eum oves sequentur? Quis haec non intelligit? quis in tam clara lucis veritate allucinatur? Quid aliud per parabolam pastoris Christus enucleare intendit, nisi supremam circa suum regnum curam prælatorum? Et quibus verbis expressius potuit residentia significari, quam illis? Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves. Si residentia non esset necessaria, aut non esset ex lege diuina, quomodo relinquens oves argueretur? Pastoris quippe officium ex natura rei residentiam includit.

Non

Non enim est pastor ouium qui ciuitates incolit, & viuit in delicijs: quia pastoris est minare gregem ad pascua, & feruare oves ab incursione ferarum. Et sicut hec duo necessario exigunt pastoris praesentiam, sic populus semper indiget doctrina, & praefidio, contra Diaboli incursus. Ideo CHRISTVS (vt inquit Paulus) quosdam dedit pastores & Doctores, ad consumationem sanctorum, hoc est vt fideles spiritualiter perficiantur in charitate, donec occuramus omnes in unitate fidei. In hac enim via semper charitas est perficienda, sepe ex parte cognoscimus, ideo Praelatus continuè debet agere pastorem & Doctorem, vsq; quo populus perueniat ad patriæ perfectionem.

*Populus continua pastoris indiget residentia.*

### CAPVT VIII.

**S**equitur in parola. Qui non est pastor ouium, videt lupum venientem & fugit. Non hic proposuit CHRISTVS, latronum incursus, sed luporum:

C ii quoni-

quoniam latro inuadit homines, eorūq;  
bona, lupus autem tantummodo oīibus  
nocet. Vnde bonus Pastor omnia dam-  
na propria sustinet, vt feruet oves indē-  
nes (eius enim perfectio quatenus pastor  
est, debet esse in ordine ad oves) qui qui-  
dē ita perfectus exigitur, vt potens sit cū  
Dei gratia omnia tela inimici extinguere  
& non timere eos qui occidunt corpus.  
Et sic Prælatus erga subditos debet se ge-  
rere, teste scripture, vt medicus ad infir-  
mos, vt fortis ad debiles, vt Doctor ad i-  
gnorantes, velut asilum ad refugas, sicut  
consolator ad afflictos, & vt minister re-  
cōciliationis ad peccatores. Hæc omnia  
spiritualis pastor tenetur exercere, ad quæ  
exigitur residentia: nam oves Christi lu-  
porum incursum continuè patiuntur, quā  
diu peregrinantur à Domino, vt inquit  
Petrus Apostolus. Sobrij estote, & vi-  
gilate, quia aduersarius vester Diabolus,  
tanquam leo rugiens circuit querens,  
quem deuoret: Hic est lupus qui varijs  
modis rapere nititur, atq; dispergere oves  
Christi

*Ezch. 4.*

*I. Petri v.*

Christi, aliquando persecutioне corporali, aliquando hereticorum fallatia, continuè vero per concupiscentiam carnis, & oculorū, & per superbiam vitæ. Non ergo solum est necessaria præsentia pastoris, tempore tyrānorum & hereticorum, sed etiam pacis tempore, & Ecclesiæ vnitatis: quia multocies sub pacis vela mento, magis graſantur vitia in Christi populo quam tempore persecutio[n]is.

Vnde nullus vñquam Prælatus veraciter dicere potuit, aut poterit, suam Ecclesiæ residentia non indigere: semper enim ouibus necessaria est præsentia pastoris. Aequum tamen est, Ecclesiam aliquando absentiam tolerare pastoris, aut ratione maioris boni, ut quia patres in cōcilio congregantur, vel etiam quando tyrannus persequitur pastorem, & nō oues & non desunt alij ministri, tunc Prælatus faciat quod C H R I S T V S præcepit.

Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. In hac fuga non attenditur principaliter bonum Præliti, sed bo-

C      iij      num

num Ecclesiæ cuius est Prælatus: nam  
ut proposit illi sedata persecutione fugit, &  
tunc non deserit oves, sed potius eas ser-  
uat, & magis consulit illis per suam fugā,  
quam si tunc resideret. Neq; Prælati  
excusantur à residentia, per hoc quod af-  
sumuntur ad alia munera, siue ciuilia, si-  
ue Ecclesiastica, etiam si Reipublicæ eo-  
rum officium expedit: quia in Republi-  
ca Ecclesiastica, unus uno tantum, & non  
pluribus debet fungi muneribus. Sicut  
enim in uno corpore, membra singula pro-  
prium actum habent, nec omnia habent  
eundem, aut unum membrum plures, sic  
CHRISTVS instituit plures ministros  
Euangelij, & Apostoli creauerunt alios:  
quia eorum erat necessaria residentia.

*Episcoporum residentia est à sacra scri-  
ptura petenda.*

### CAPVT IX.

**H**Ereticorum mos est affirmare, ea quæ sunt legis diuinæ, & traditio-  
nisi:

enis Apostolorum, si inter definitiones Conciliorum, aut inter statuta reperiatur Pontificis, esse de iure humano, & a Pontifice Romano adiumenta, ut facilius ab omnibus illa contemnatur. Et hoc ille lis accidit, aut ex ignorantia diuinæ scripturæ, aut ut in plurimum, ex malitia: qua volunt perturbare Christianismum. Verbi gratia, affirmant heretici, quod confessio sacramentalis, quæ fit in aurem sacerdotis, est de iure humano. Dicunt enim eam statutam a Pontifice Romano, in Concilio Lateranensi, ut habetur de penitentijs, & remissionibus. C. Omnis utriusque sexus. Quos quidem si versati essent in sacra scriptura, noui maxime Testamenti, non eos lateret generale concilium, aut summum ipsum Pontificem, confessionem Sacramentalem, statuere nullo modo posse. Intelligerent deinde eam esse a CHRISTO institutam, quando Apostolis tradidit potestatem ligandi & solvendi, qua Sacerdotes nisi premissa confessione, legitimè

Ioannis X.

C iiiij vti

vti non possunt. Ecclesia verò statuit, quòd illa confessio, quæ à CHRISTO est instituta, fiat temel in anno. H.c autem temporis determinatio, non est à CHRISTO instituta: sed à iure humano. Nam Ecclesia, pro ut expedire videtur, bono communi, potest definire & statuere, temporis circumstantiam, cum hoc non solum non sit contra legem Dei sed potius ut illa melius, faciliusque seruetur. Hoc quidem circa residentiam accedit Prælatorum. Nam Ecclesia diuidit Ecclesiastica beneficia per titulos, quorum quibusdam maiora annexuit ministeria, curam videlicet animarum, quibusdam verò minora, ut est in choro cantare &c. Ex hac beneficiorum partitione, secuta est iuristarum disilio, circa Ecclesiasticū benefitiis, scilicet beneficiorum quedam sunt quæ residentiam non requirunt, ut quæ habent ministeria minora, quedam verò quæ exigunt residentiam quoniam habent ministeria maiora. Hinc ortum habuit ignorantia

rantia quorundam, qui quidem hac inducti argumentatione, scilicet, residentia in humano iure præcipitur, non ergo est de iure diuino: existimant, residentiam esse de iure tantum humano. Sed quantum morienti sit hæc etrum ratiocinatio, hinc palam fiet, quod licet furtum & homicidium prohibeantur lege ciuili, eodem tamen & diuina Lex prohibet, sicut & multa alia quæ lege ciuili sunt interdicta. Sapienter quidem lex humana prohibet, interdicta iam lege diuina, ut quæ ibi erant occulta, hic preterire neminem possint, & qui Dei amore legem non implet, eam vel pene formidine seruent.

Quapropter expediret, ut quæ positiuи duntaxat sunt iuris, uno codice secerrentur ab his, quæ omnino sunt iuris diuini: Ea verò quæ ius vtrunq; concernunt, qualia Sacra menta sunt, atque beneficia, secrum explicarentur, ut quid resiceret hoc aut illud ius ignotesceret.

Pie autem credendum est, beneficia illa, quæ residentiam non exigunt, ob aliquā

C v iustam

iustam causam, et si non omnibus notam,  
fuisse sic instituta : Licet nunc temporis  
plurimum Ecclesiæ referat, illis adnecte-  
re residentiam. Quod enim benefi-  
cia omnia postulent residentiam, quodq;  
Prælati omnes in suis Ecclesijs resideant,  
equitati, (quam Lex diuina commendat)  
magis est consonum. Habenti enim  
Ecclesiasticos redditus, si et ipse ad residé-  
tiam compellatur, nequaquam fiet iniu-  
ria, imo potius si eidem ut non resideat  
(dum non adest rationabilis causa vide-  
licet quia melius utiliusque est Ecclesiæ,  
ipsum ad tempus non residere) summus  
Pontifex copiam faciat in perni-  
tiem est Christia-  
nissimi.

*Christus Redemptor noster, cuius præ-  
sides sunt Episcopi ipse sua Ec-  
clesiæ et Dominus est  
et Princeps.*

## CAPVT X.

Quamuis

**Q**uemuis verbum hoc residentia  
 expresse reperiri non valeat aut in  
 scriptura sacra, aut apud antiquos Docto-  
 res, non tamen viris catholicis hoc est ar-  
 gumentum sufficiens, ad affirmandum Præ-  
 latorum residentiam non esse de iure di-  
 uino. Hoc quidem Arrianorum fuit olim  
 machinamentum, qui propterea nega-  
 bant, diuinarum personarum consubstan-  
 cialem equalitatem, quod verbum <sup>opus eius</sup> non  
 reperiebatur in scriptura. Huic eti-  
 am arianorum sententiae hæretici nostri  
 temporis subscribere non veretur. Affir-  
 mant enim omnino nihil esse de fide, nisi  
 quod expresse habetur in sacra scriptu-  
 ra. Doctores tamen catholici iuxta fidem  
 regulam, longe aliter interpretantur scri-  
 pturam, intelligentes multa in ea euiden-  
 tissime contineri, quæ tamē reperiri ver-  
 bis expressis non possunt. Quanquam  
 ergo verbum hoc residentia, in scripture  
 non habeatur expresse, ipsa tamen Præla-  
 torum



*Ad rom: 12 c.*

*ad Tim: 13*

*Homo: 3.*

*Tom: 5.*

residentia, ibidem apertissime contineri, vel lipsis est notum. Nec enim dum de re constat immorandum est verbis. Ait enī Paulus. Qui præest in sollicitudine. Et in alio loco. Oportet enim Episcopum usque ibi, sed suæ domui bene propositum, filios habentem subditos, cum omni castitate, si quis autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Ecce in sacra scriptura iniugitur expresse Prelatis, ut Ecclesiæ præsint. Chrisostomus. si enim inquit Patriarcha Iacob pecudibus prepositus, & oves irrationales pascens, & homini rationes redditurus, & noctes ducebatur insomnes, & estum & gelu, & omnem aëris intemperiem ferebat, ut nulla pecudum periret, multo magis nos, non irrationabilibus: sed spiritualibus ouibus præpositos, & non homini: sed Deo præsidentiæ huius rationes reddituros, ad nihil torpere, & tergiuersari oportet, eorumque gregem iuuare possint. Quod enim Paulus dicit, præesse, quid aliud est quam

quām præsidentem esse? Esse autem præsidens non potest nisi qui et residet: nam omnis qui preest residet, non tan<sup>t</sup>en omnis qui . . . residet presidet: & sicut est impossibile quod sit homo & nō sit animal, ita non potest esse præsidentia sine residentia. Prelatis ergo diuina lege iniuncta est præsidentia, & per consequens residenzia: cum nihil aliud sit, esse Episcopū, quām esse Cbristi vicarium, Ecclesiæque præsidentem Hieronimus super Paulum.

Porrò quod ait. Apostolus autem Iesu Christi, Tale mihi videtur quale si dixisset. Prefectus pretorio Augusti Cesaris, Magister exercitus. Hoc et Christus declarans ait: Sicut homo peregre proficiens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Quæ h̄ic parabolice & figurate traduntur, alibi in sacra scriptura proprijs verbis explicantur, videlicet quando Christus dixit Petro. Pasce oves meas, quando et dixit Apostolis. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizátes eos. Idem docet Paulus dicens. Qui preest in

*Ad Tit: 1, cap*

*Math. 25, 18*

*Io: 21, Cap.*

*Math: 28, C*

*Marc: 16,*

*ad Rom, 10, 18*

folicitu

solicitudine. Presides enim sunt, qui maximum post Principem habent in prouincia imperium, ut Legati Papæ in Concilio sunt presides, Papaverò non presidet in hoc Tridétino concilio, etiā si sit Episcopus Ecclesiæ catholicae: quia ibidem non est. Cum ergo Christus corporaliter sit absens ab ecclesia, & Episcopos tamen quam presides in sua Ecclesia reliquerit, tunc Episcopi vere dicentur presidere, cum suam præsentiam subditis exhibuerint.

*Præses qui & Episcopus diuina iure residere tenetur.* CAP. XI.

**Q**uam arcta residētia in lege Evangelica precipiatur Episcopis, per domesticam residentiam Spiritus sanctus manifestat dicens. Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos, cum omni castitate. Numquid paterfamilias, qui per multos annos peregrinatur à familia precēt domini suæ? non quidem:

dem: sed vxor aut famulus preest. Hic  
verò qui non preest quomodo habet fili  
os in subiectione, qui etiam si obuient ei  
suos esse filios ignorat? Quomodo in om  
ni castitate habet filios, qui nullam habu  
it curam eorum? Pulchre Paulus residē  
tiam, curamq; Prelatorum continuam,   
per domus presidentiam intendit ostendere.  
Ut namq; Pater familias vxorem,  
filios, & seruos, supellectilem, iumenta,  
peccudes & agros, sua præsentia mode  
ratur, & eo absente hæc omnia quodam  
modo confunduntur, & periclitari inci  
piunt, sic & ad oues Episcopus: eo enim  
presente spirituali cibo pascuntur, absen  
te verò periclitantur. Insuper cum ter  
reni Principes paci Reipublicæ consu  
lentes, à suis Præsidibus exigant ut & re  
fideant, & prouintiam non exeant, neque  
Præfides alios sine eorum licentia suffici  
ant, cur non magis hoc idem ab Episco  
pis Christus expostulabit, quos non tem  
poralium præfides: sed spiritualium in  
sua Ecclesia constituit? Numquid pru  
dentio-

dentiores sunt principes terreni, qui pre-  
sidibus suarum prouinciarum, & belli, pa-  
cisque ministris, præsidentiam cum resi-  
dentia præcipiunt, quam Christus qui  
(Secundum sententiam eorum qui ma-  
gis quæ sua sunt querunt quam quæ Ie-  
su Christi) ralē residentiā Episcopis nō  
iniūxit? Nūquid homo est Deo sapiētior  
Numquid humana & ciuilis Respub. est  
melius instituta ab hominibus, quā sit re-  
ligio Christiana ab ipsa sapientia diuina?  
Planè sicut administratio, vniuersi præ-  
scutiam naturalium cauſarum requirit,  
ita Ecclesiastica administratio, residentiā  
Prælatorum exposcit. Cum ergò Pau-  
lus dicat. Non est nobis colluctatio ad-  
uersus carnem & sanguinem, sed aduer-  
sus Principes & potestates, aduersus mū-  
di rectores, tenebrarum harum, contra  
spiritualia nequitiae in cœlestibus. Sicut  
eū ad illuminandum necessaria est solis  
præsentia, ita tubditis (ne cum sint in tan-  
tis periculis constituti, aliqua tentatione  
succumbant) maximè necessaria est Præ-  
latorum residentia & doctrina.

*Ade pb. 6. c*

72

*Reipublicæ Ecclesiastice conscientio, Prælate-  
rum concernit residentias.*

**CAP. XII.**

**Q**Vanquám ciuilis institutio  
Reipublicæ non sit de iure natura-  
li, aut diuino, nullus tamē inficiatur eam  
non esse contrariam, sed consonam vtri-  
que iuri. Vnde non quæcunq; hominū  
collectio Rempublicam aut ciuitatē con-  
stituit, sed illa quæ est ordinata & institu-  
ta ad conseruandum bonum commune.  
Cum autem ad hoc requirantur multa,  
necessæ est Rempublicam ex pluribus ve-  
lut ex membris constitui, quorum quolis  
bet suo fungantur munere, vt ipsa sit sibi  
sufficiens. De his autem Reipublicæ mé-  
bris, ait Aristoteles 4. Polliti. cap. 4.  
Siquidem ergò animam quis ponat ani-  
malis esse partem, magis quām corpus, &  
ciuitatum magis talia ponendum est esse  
partes, quām ea quæ pertinent ad necessa-  
rium usum, propulsatores belli videlicet,  
ac iustitiæ iudicarię exhibtores, quod est  
D ciuilis

civiliſ prudentiæ opus. huic uisq; Arist. Ii  
ſunt qui in Republica præſident, ſine qui  
bus tamēn Republica eſſet, ut corpus ſi-  
ne anima. Quemadmodum enim na-  
turali lege, hoc eſt ex natura totius, me- i-  
bra corporis inuicem coherent, & ſunt  
præſentia corpori cuius ſunt partes, tam  
diuq; viuificantur ab anima, quamdiu ani-  
ma ipta præſens gubernat corpus, ita Rei  
publicæ præſides, quatenus iuſtitutione  
ſunt tales, præſentes Reipublicæ corpus  
regunt. Si enim Republica præſidem  
non haberet ſtatiſ diſoluueretur, deſine-  
retq; eſſe Republica. A fortiori ergo cū  
in Ecclesiæ corpore cleru vicem animæ  
gerat, ſubditi autem membra ſint corpo-  
ris, eadem lege diuina qua Prælati ſunt  
iuſtituti, eadem in quam reſidere tenetur.  
Sine clero enim nequaquam eſſet Eccle-  
ſia, & Episcopis non reſidentibus, aut a-  
cephalos eſſet, aut exanime corpus. Nul-  
la verò circa Prælatorum reſidenciam lex  
eſt inquirenda præter Christi iuſtitu-  
tionem, qui ita Prælates voluit Ecclesiæ eſ-  
ſe con-

se coniunctos, ut mortem potius sui corporis sustinerent, quam Ecclesiā sua præsentia relinquenter destitutam. Hoc insinuauit Christus dicens. Bonus pastor *Ioannis x.* nimirum suam ponit pro ouibus suis. Et i- *Ioannis XII.* terum. Petre (inquit) amas me, pasce o- ues meas. August. de pastoribus 13. Nā & ipsum Petrum cui commendauit oues suas, quasi alter alteri vnum secum face- re volebat, vt sic ei oues commendaret, vt esset ille caput ille figurā corporis porta- ret, id est Ecclesiæ, & tanquam sponsus & sponsa essent duo in carne vna. Proin- de vt oues commendaret, quid illi prius dicit ne illi tanquam alteri cōmendaret? Petre amas me, & respondit: amo. Et iterum: amas me, & respondit: amo. Et tertio: amas me, & respondit: amo. Con- firmat trinitatem vt consolidet vnitatem, hæc Augustinus. Hæc ergo omnia resi- dentiam non interruptam, atque solici- tam præsidentiam requirunt, & hoc à le- gislatore Christo, qui caput est Ecclesiæ institutum est.

D ij Eccle-

*Ecclesia sine prælatorum residentia  
esse non potest. CAP. XIII:*

**S**i prælatorum residentia esset de iure tantum humano, posset quidem Ecclesia esse sine prælati, sine pontifice summo, sine episcopis, sine clero. Vbi enim quis non adeat, perinde est ac si non esset quatenus idem non præsidet. Si ergo ad residentiam iure diuino non astringuntur prælati, & licite possunt abesse, eadē ratione Ecclesia semper sine illis poterit esse, quod & hereticum esse & rationinaturali contrarium ambigit nemo. Deinde cum vnaqueque Ecclesia habeat determinatum pastorem, qui in ea gradum supremum obtineat, quis poterit inficias ire, quin idem ipse eiusdem Ecclesiæ sit præses determinatus, idemque ipse & nullius aliis, ad residentiam reneatur. Quod si ipsi prælati non tenentur iure diuino, multominus astringuntur mercenarij vel vicarij eorum vices gerentes. Maiori enim vinculo obligantur prælati, quam corum

corum vicarij, cum prælati ex diuina institutione sint præsides à DEO instituti, & ex eadem institutione ad residentiam iure diuino teneantur: vicarij vero nullo modo ad residentiam iure diuino teneantur, si prælati solo humano iure astringuntur. Ad hæc quæ sunt de iure duntaxat humano, possunt tolli posuntq; variari, & illis sublatis manet nihilominus ius diuinum; sublata ergo omni prælatorum residentia, si non est de iure diuino, nihil obstat, quo minus sit Ecclesia: quo nihil absurdius, cum Ecclesia non possit esse sine clero, ut supra iam constitit. Residentia ergo prælatorum, ut apertissime hæc ostendit collectio, omnino est de iure diuino. **Quis enim hominū poterit de Christo Dei sapientia dicere, quod de quoquam prudenti homine indecens est cogitare? Quis est ita incuriosus ut domum reliquens, sufficiat illi præsidem, neque eidem residentiam iniungat? Nonne eo ipso quo quis constituitur præses, & ad residentiam astringitur?**

D iii Vtinam

Vtinam Ecclesiæ prælati, super Ecclesi-  
am Christi præsides constituti, quibus &  
hac ratione inuncta est residentia, æ quo  
libramine, domui propriæ, & Ecclesiæ  
Christi consulerent: Cum tamen satis iā  
constet, Ecclesiæ administrationem, eius  
què sollicitam præsidentiam, & vitæ esse  
præferendam, nedum domus regimini.

Teophil: super Paul: Si quis domui suę be-  
ne p̄cessit nescit, quomodo Ecclesiæ Dei  
diligentiam habebit? Est enim Ecclesia  
velut quædam domus, est autem longè  
facilius domum quam Ecclesiam regere,  
latius hoc idem Chrisostomus. Constat  
ergo magis opus esse continua residentia  
ad Ecclesiam Christi regendam quam ad  
domum propriam.

*Episcoporum munus ex iure  
diuino est docere.*

CAP: XIII.

Enume,

**E**Numerās diuus Paulū ministros quos ad Ephe. III<sup>o</sup>  
Christus Ecclesiæ dedit, duo hæc tā  
quam rem vnam coniungit dicens.

Alios autem pastores & doctores. Aug:  
Epist:59. Super hæc verba. quoniā autem  
pastores et doctores, quos maxime vt dis-  
cernerē voluisti, eosdē puto esse sicut & ti-  
bivisum est, vt non alias pastores alias do-  
ctores intelligamus. Sed ideo cū prædixis-  
set pastores subiunxisse doctores, vt in-  
telligerent pastores ad officiū srum per-  
tinere doctrinam, ideo enim non ait:  
quosdam pastores, quosdam autem do-  
ctores, & infra. Hoc tanquam vnum ali-  
quid duobus nominibus amplexus est,  
quosdam pastores & doctores. Haec tenus  
Aug. & Chrisost. Homel. II. Super Ca.  
4. ad Ephesios. Pastores ac doctores,  
quibus videlicet vniuersus populus con-  
creditus erat: & infra. Qui habitando  
quieti circa vnum duntaxat locum occu-  
pabantur vt Timotheus & Titus, & in  
eadem Homil: Sermonis doctrina nobis  
commendata est, non principatus neque  
D iiiij poter-

poteſtatis autoritas. Haec tenus Chriſoſt. Paſtores quidem conſenſu omnium ſunt epiſcopi, qui reſidentes populu docent: nam paſtus eſt ipta doctrina. Paſcere ergo gregem Christi nihil aliud eſt quam doce re. Ideo iſpiritus sanctus cum dixiſſet paſtores, per verbi traſlationem, prælatos ſignificauit. Qui ut quid intendebat oſtenderet, non iam parabolicè, ſed pro pria locutione commoniſtrans, officium munulque prælatorum ex Dei ordinati one eſſe docere, adiunxit. & doctores.

i. ad Timot.

III.

Paulus. Oportet enim Epiſcopum irre preheuſibilem eſſe, vniuſ uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicū, houſitalem, doctorem. Chriſ. & Teoph. Prememorata ſan à ſuèbditis etiam exiguntur hoc vero maxime omnium ad eſſe epiſcopo conuenit, videlicet eſſe doctore: & ad Tit: 1. cap. Oportet epiſcopū ſine crimine eſſe, & infra, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem sermonem, Chriſoſt, & Teophil.

Nam

Nam qui neque cum hostibus dimicare,  
neq; captiuum ducere omnem intelle-  
ctum ad obedientiam Christi: neque su-  
os consolari & adhortari & confirmare  
potest, pseudo Episcopus est & infra. ali  
as enim virtutes in alijs sub Episcopo cō  
stitutis inueniat aliquis, nimirum hospi-  
talem esse & sobrium idq; genus alia.

Quod maxime verò Episcopum veluti  
characteribus quibusdam & signis expri-  
mat, docendi munus est & facultas. Et  
Hieronimus ad Paulinum. Paulus Tito  
precipit, vt inter ceteras virtutes Epis-  
copi quem breui sermone depingit, sciē-  
tiam quoq; in eo eligat scripturarū. Idē  
super Ezech: 44.c Sacerdotis officium  
est docere populum. Cum ergò Eccle-  
siæ catholicæ communis sit sensus, doce-  
re populum esse Prælatorum officium:  
et id quoq; sacra scriptura (vt vñsum est)  
ſæpius inculcat: docere autem non pol-  
lit qui non personaliter residet (cum do-  
cere munus sit Personale) conſequitur  
inde, Episcopos quibus diuino iure do-  
cere

cere populum est iniunctum, ad residen-  
tiam personalem eodem iure teneri.  
Præterea cum Paulus dicat : amplecten-  
tem eum qui secundum doctrinam est fi-  
delem sermonem, et Hieronimus, inter  
ceteras virtutes Episcopi sciētiām quo-  
que in eo eligat Icripturarū. Nunquid  
dicetur Episcopus doct̄or, quia eiusvi-  
carius est doct̄or ? aut dicetur castus &  
sobrius, quia is quem substituit, his virtu-  
tibus est insignis ? equidem nullo modo.  
Ip̄met ergo oportet sit & doct̄or & stu-  
diosus. Sicut enim Episcopus non est su-  
tor per hoc, quod pro sua familia futorē  
conducit, neq; Principes seculares gym-  
nasia constituētes, in quibus per cōducti-  
cios doctores populi docētur, docēt, aut  
sunt doctores, sic Episcopi quantumuis  
per vicarios doceant non implent Chri-  
sti preceptum, cum ipsi per se ipsos popu-  
lum teneantur docere. Alias enim si do-  
cere populum tantum elset de iure hu-  
mano, cum tale ius possit variari et aufe-  
ri, posset quidem Ecclesia esse, sine do-  
ctore

etore & omnino sine lege euangelica,  
cum nullus alias præter ipsos Prælatos  
iure diuino teneatur docere.

*Prælatis diuino Iure continue docere conuenit.*

CAP: XV.

**E**piscopatus (ut ex parabola superius adducta et ex diuo Paulo colligitur 1.ad Tim: 3 ca. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat) administratio quædam est ministeriorum Dei, quæ in opere personali consistit. Inter alia autem quæ hæc administratio concernit, precipuum maximeque obseruandum est ipsa doctrina, quæ pastus est ouium Christi. Hac enim translatione doctrinam Euangelicam Spiritus Sanctus voluit ostendere, ut significantius pastoris curam exprimeret. Ut enim pastus semper est ouibus necessarius et pastor semper oves quecunq; ierint ducit, neq; vlo tempore deserit, pascendisq; eis semper dat operam, ipsæ autem & in ouili pastoris custodia indigent, sic doctrina fidei

fidei sine qua impossibile est Deo place-  
re, semper est necessaria. Sine mandato-  
rum enim adimpletione, ad vitam æter-  
nam impossibile est peruenire. Quomo-  
do autem credent sine prædicante, cum  
doctrinam fidei etiam qui ingenio pol-  
lent, nequaquam alsequi possint? Om-  
nes ergò maxime simplices & minores,  
(qui cura rei familiaris, uxore et filijs alé-  
dis intenti, minorem ad res spirituales sé  
sum habent, quorum etiam in Ecclesia  
maior est numerus) continua, & quan-  
tum fieri potest sine temporis intercape-  
dine, pastoris doctrina indigent. Neq;  
pastor debet ab opere docendi cessa-  
re ea quæ pertinent ad fidem et mores, soli  
cità eis inculcans. 2 ad Timot: 4 cap.  
Predicaverbum insta oportuue impor-  
tunè argue obsecra. Christo: & Teophil:  
quid est oportunc importunet em pesti-  
ue intempestiue, hoc est, nullum habeas  
definitum tempus, semper tibi tempus  
sit, non in pace & quiete, nec in Eccle-  
sia tam fedens, verum & inter ipsa pe-  
ricula

ricula, Haec tenus Christus. Nisi enim doctrina indesinenter & continuè predicanda esset, non diceret Paulus. Insta oportune, importune. Nullum enim tempus est ita intempestivum ut illo non indigeant oves pastu, quapropter doctrina Euangelica semper est omnibus necessaria:

*Mercenarius divino iure residere tenetur.*

CAP: XVI.

**M**ercenarius, ut inquit Christus Iohann. 10. cap. & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, et fugit, Chris. Homil. 49. super Ioannem. Pastoris vero exemplo, deceptores duos meminit, furem maestantem, & rapientem oves, & Mercenarium permittentem, neque defendantem comitis, non ergo abs re erit considerare pastoris virtutem & officium, medium tenere inter extrema via, ut ceteræ virtutes tenent, quæ circa medium consistunt. Mercenarius

rius si quidem deficit à pastoris virtute  
non in subeundo labore, nam ipse labo-  
rat, etiam si pretio locet operas suas, de-  
ficit tamē quia magis quæ sua sunt quām  
quæ Iesu Christi sunt, querit. Vnde Au-  
gust: Tracta 46. super Iohan cap. 10.  
Quis est ergò iste Mercenarius et culpa  
bilis & necessarius? Sunt quidam Eccle-  
siæ prælati de quibus Paul. ad philipen-  
tes 2. cap: sua querētes nō quæ Iesu Chri-  
sti. Quid est sua querentes? Non gratis  
Christum diligentes, non Deum prop-  
ter Deum querētes temporalia commo-  
da se fiantes. Hæc quando amātur à Pre-  
latis, & propter hæc seruitur Deo, quis  
quis est talis, Mercenarius est, inter fili-  
os nō se computet. Qui autem sint Mer-  
cenarij Deus nouit, tamen ex operibus,  
ut de falsis prophetis dicit Christus, pos-  
sumus eos cognoscere. Audite autem  
quia et mercenarij necessarij sunt, multi  
quippe in Ecclesia commoda terrena se  
fiantes, Christum tamen predican, &  
per eos vox Christi auditur, & sequun-  
tur oucs

tur oves, non mercenarium sed pastoris vocem per mercenarium, Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos. Scribæ (inquit) & Pharisei super cathedram Moysi sedent quæ dicunt facite, quæ autem faciūt facere nolite. hucusq; Augustinus. Hic obseruandum est proprie Mercenarium dici, qui pascit oves Christi ut se ipsum pascat, vnde manifestè colligitur talem mercenarium ad residentiam personalem teneri: alias Mercenarius non esset, qui per se ipsum non laboraret, & contra diuinam legem, omnemq; iustitiam, Mercenarius non laborans mercedem laboris reciperet. Quicumque ergo Mercenarius siue conducticius sit, siue ita dictus quia solum ob temporale lucrū ministrat, quem et merito impropurat Augustinus, docere atque residere tenetur. Videant iam Episcopi, vtrum eis de Euangelio liceat vivere, cum non anuncient Euangelium? Videant si Mercenarij maiori quam ipsi vinculo teneantur? Hoc quidem maxime pertur-

me perturbat Ecclesiam, quod Prælati ignorant se esse, non dominos sed ministros Christi, & Dispensatores ministeriorum Dei. Nunquid ut operarios ad laborandum condutant ipsi verò ocio vacet, Prælati sunt constituti? quid intollerabilius hac incuria? quid animaduersio ne dignius? In hoc enim pastor bonus differt à mercenario, quod ille amore virtutis, hic verò alicuius commodi, aut temporalis honoris gratia, oues pascit, siue ministrat. Cum igitur constet eum qui per se ipsum non pascit, neque pastorem Euangelicū, neque Mercenarium esse, ipse viderit si fur est aut latro mihi namque haud in expertum est nihil hac veritate esse verius.

*Dogmatibus à Deo institutis nouiter tamen  
inuentis indiget Ecclesia.*

CAP: XVII.

**H**AUD dubium est multa latere in rebus à Deo creatis, quæ temporis suc-

ris successione inuenta sunt ab hominibus, quæ tamen cum ab illis non facta sint, sed reiecta, meritò inuentores rerū, & non creatorēs vocantur: Suntque bene meriti de Republica, quia ea retegentes quæ absconditā erant, & quorum indigebat Respublica, multa illi beneficia contulerunt. Nolle autem inuentis vti, quando fuerint Reipublicæ necessaria, aut etiam impedimento esse, ne occulta quibus ipsa indiget, à viris doctis inuestigentur, est contra iusticiam, & æquitatem, qua bonum commune, priuato est præferendum. Hoc quidem videre licet in ipsa religione Christiana: latent enim Diuina misteria & secreta contenta in sacra scriptura, quæ quidem à sacris Doctrinibus, maxime à patribus, in Concilio legitimè congregatis, oppitulante Deo quotidie referantur. Vnde sicut ad hoc ut morbus curetur inuenta est medicina, quæ tamen non est ab homine (cum altissimus de cœlo creauerit medicinam) ita & noua dogmata: non ab hominibus in-

stituta, sed pro varietate temporum admodum necessaria, & contra insurgentes hereses ab Ecclesia inuenta, quotidie propoundedur. Non enim erant tot dogmata proposita ad credendum, antequam hereses instigante Demone pullularent, postquam vero ortae sunt hereses, contra earum venena, salubrium Dogmatum antidota oportuit apponere. Hinc est quod plura nunc, quam in primitiua Ecclesia, credenda fidelibus proponuntur. Vnde egregius Doctor Augustinus libro de fide & symbolo cap. i. inquit. Sub istis ergo paucis in symbolo constitutis, plerique heretici venena sua occultare conati sunt, quibus restitit & resistit Divina misericordia, per spirituales viros, qui fidem Catholicam, non tantum in illis verbis accipere, & credere, sed etiam Domino reuelante, intelligere atque cognoscere meruerunt. Haec tenus Augustinus. Hereticitamen veteri querimonia resonant, dicentes: Apostolorum symbolum fidelibus ad salutem sufficere: nec Ecclesiam

siam posse deinceps, nouum fidei articu-  
lum inuenire: neque alijs, præter illa quæ  
exprimit scriptura, nouis dogmatibus  
indigere. Idque imprimis afferunt, vt li-  
berum sit illis suas hæreses seminare.

Prætextu namque symboli, in quo affir-  
mant, nihil expresse contineri, quod eo-  
rum aduersetur doctrinæ, & symbolum  
destruunt, & ipsam Catholicam fidem.  
Et quid aliud, Deum immortalem, senti-  
endum est de illis qui apud Concilium ob-  
summam eorum incuriam, veritatem in  
injustitia detinent, dicentes: determinat-  
dum non esse: Prælatorum residentia sit  
ne de iure diuino an non: neque illud o-  
portere: cum à tempore Apostolorum  
nunquam id fuerit definitum. Nonne  
hæc vox est hæreticorum? nonne execra-  
dam eorum sapit Doctrinam? si enim  
propter nouas hæreses noua dogmata  
sunt definienda, quare propter morum  
corruptelā, abususq; Prælatorum, quod  
cunque videbitur necessarium ad eorum  
reformationem, non definire licebit,

E ij cum

**cum ex eorum malis exemplis, & multæ hæreles occasionem sumpserint, & innumera mala, in populo Christiano grassetur? Bene de illis prophetauit Ezechiel 34. cap. Vt pastoribus Israel qui pascabant semetipos, nonne greges a pastoribus pascuntur, lac comedebatis, & dispersæ sunt oves meæ, eo quod nō esset pastor. Quis non videt hoc idem impletum in his Prælatis Ecclesiæ, qui ut liberum sit eis genio indulgere, licet videat hæreses, & schismata quotidie excrescere, residentiam definire recusant.**

**I**am verò dicant mihi Prælati, quid de nautis sentirent, si crebrescentibus vndiq; circa nauim periculis, & hinc pro cella maris instantे nauis disolueretur, illic inverò classis turcarū oppugnaret eos. Si inquam tunc temporis nautas litigantes viderent, indubiumque vertentes, quis eorum teneretur et residere circa pupim, & clauum tenere, & interim pars eorum naufragio periret, alij verò a piratis cru-

crudelibus in prædā abducerentur: nonne eos stolidos delirosq; iudicarent? Videant ergo qui adepti sunt Ecclesiasticas dignitates, ne dum in Concilio de Prælatorum residentia dissident, & ipsi malè au-diant, & ea quam in nautis improperant, temeritate arguātur. Interim enim quod ipsi, utrum residere teneantur, vertunt in dubium: quia nunquam eis de ouibus cura fuit, eas lupus rapit atq; dispergit.

Mea quidem sententia cum in re tam clara, tamq; omnibus necessaria, & controversia Ecclesiam scandalizet, & cunctatio periculum pariat, neminemq; fugiat, nisi sensu carentem, quotidie mala plurima, ex multorum Prælatorum augeri incuria, non possum omnino non credere, quin illi qui residetiam oppugnant, nolunt intelligere, ut bene agant.

\* \* \*

\*

E ij Deabe

# De abrogandis LEGIBVS.

*Lex omnis iusta, sicut & omnis potestas  
à Deo est* CAP. I.

*ad Rom: 13. ca*

**D**octor gentium, fontem & erigenem potestatum omnium manifestans sic inquit. Non est potestas nisi à Deo, quae autem sunt à Deo ordinata sunt. *Chrisostomus, Quid dicis? Omnis ergò Princeps à Deo constitutus est?* istud inquit nō dico, neque enim de hoc aut de illo Principe sermo mihi nunc est sed de ipsa re. Ex hoc patet legem omnem humanam iustum à Deo esse. Non quod hæc aut illa lex humana sit instituta à Deo, sed quod ipsa restitudo legis à Deo sit. *Augustinus de libero arbitrio.* Si mul etiam te videre arbitror, in lege temporali nihil esse iustum atq; legitimum, quod non ex hac lege æterna sibi homines deriuauerint. Cum ergò omnis potes-

nisi potestas deriuetur à Deo, legem etiā iūstam, eiusque vim obligādi à Deo emanare necesse est. Non enim potest lex habere vim obligandi, nisi ab aliqua potestate sit instituta. Et sic iuxta Paulum qui potestati resistit Dei ordinationi resi-  
stit. Hinc Christus inquit. Qui uos au-  
dit me audit, & qui vos spernit me sper-  
nit, qui autē me spernit, spernit eum qui  
misit me. Hoc intelligere oportet tam  
de p̄positis Ecclesiasticis, quā de ipsis  
secularibus potestatibus, de parentibus  
quoque, & quibuscumque dominis. Ita  
quod omnis obedientia, omnisq; inobe-  
diētia in Deum est referenda. Quapro-  
pter hinc licet aduertere, quātam in ferē  
dis legibus adhibere consultationē opor-  
teat, cum homines qui publica autorita-  
te fungūtur, subditos suos, nō tantum si  
bi, sed & Deo legibus ipsis deuinciant.

*Sola Lex naturalis est invariabilis suapte na-  
tura.*

CAP. II.

**C**Vm lex positiva diuina à solo Deo  
E iiiij abroga

abrogari possit, humana verò possit etiam ab homine, (nam is qui legem condere potest, potest & abrogare) non parum interest, quo legis vinculo, humanè an diuinæ homines astringantur. Diximus autem abrogabilem esse legem diuinam (posituam inquam, nō naturale) hoc ideo, quia cum propter bonū cōmune lex omnis statuatur, & tāta sit legis naturalis rectitudo, ut quarumcumque regionum, & quorumcunque hominum bono cōmuni semper expeditat, semper & ubique erit inuariabilis. Legem verò diuinam posituam variabilem esse, præterit ne minem, cum à Christo redemptore nostro lex vetus fuerit abrogata. Expediebat quidem legem illam abrogari, etiam si mala non esset, sed bona (dicente scriptura, lex quidem sancta mandatum sanctum iustum & bonum) quoniam data fuerat vni tantū populo Iudeorum, nec sicut Euangeliū quod & ipsi Israelitico populo, & omnibus gentibus est cōmune. Augu. de sermo. Domini in monte.

ad Rom. 7. 12

Llib. 1.

Vnus

Vnus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minora precepta populo, quem timore adhuc alligari oportebat, et per filium suum maiora populo, quae charitate iam liberari conuenerat. Cum autem minora in minoribus, maiora in maioribus datur, ab eo dantur, qui solus nouit congruentia suis temporibus generi humano exhibere medicinam. hucusq; Augustinus. Quemadmodum enim ad morbos curandos inuenta est medicina: ita ad ordinandas mores & ad extirpanda vitia, lex omnis est statuta. Sicut ergo singulis morbis propria atque obuians adhibenda est medicina, ita diuersis regionibus, diuersisque temporibus, & diuerso hominum statu, lex diuersa est statuenda. Augustinus: Et non noueram iustitiam veram interiorem, non ex consuetudine iudicantem, sed ex lege rectissima Dei omnipotentis, qua formarentur mores regionum & dierum, pro regionibus & di-

E v e b u s

Lib: 3. confel  
Cap: 7

ebus, cum ipsa ubiq; ac semper esset, nō  
alibi alia, neque alias aliter, secundum  
quam nisi essent Abraham, Isaac & Ja-  
cob, Moyses & David, & illi omnes lau-  
dati ore Dei, sed eos ab imperitis iudica-  
ti iniquos, iudicantibus ex humano die,  
& vniuersos mores humani generis, ex  
parte moris sui metientibus, tanquam si  
quis nescius in arnamentis quid cuique  
membro accommodatum sit, ocrea velit  
caput contegi, & galea calciari, & mur-  
muret quod non aptè conueniat. Et in-  
fra. Sic sunt isti qui indignatur, cum au-  
dierint illo seculo licuisse iustis aliquid,  
quod isto non licet iustis, & quia illis ali-  
ud precepit Deus, istis aliud pro tem-  
poralibus causis, cum eidem iustiti-  
& vtrique seruierint, cum in uno homi-  
ne, & in uno die, & in vnis edibus vi-  
deant, aliud alij membro congruere, &  
aliud iam dudum licuisse & post ho-  
ram non licere, quiddam in illo angulo  
permitti, aut iuberi, quod in isto iuste-  
retur & vindicetur. Nunquid iusticia  
varia

varia est & mutabilis? Sed tempora quibus presidet non pariter eunt, tempora enim sunt.

*Propter multitudini<sup>s</sup> bonum, Lex est abroganda.* CAP. III.

**P**ater misericordiarum & Deus totius consolationis, multe ciēs, ut diuinā scriptura commendat, rationem habuit multitudinis, legitur enim: Congregati ergo vniuersi maiores natū Israel, venerūt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei. Ecce tu fenuisti & filij tui nō ambulant in vijs tuis, cōstitue nobis Regem, ut iudicet nos, sicut & vniuersē habent nationes. Et infra: Dixit autē Dominus ad Samuelem, audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt sed me, ne regnum super eos. Ecce Israēticus populus petit, ut modus administrandi Rēpublicam variaretur, atque in administracionem regiam commutaretur. Vtrum autem

testi-

tem populus peccauerit hoc petendo  
necne, alia quæstio est, neque præsentis  
speculationis est, eam nunc definire.

Quòd vero Deus rationē habuerit mul-  
titudinis, & populo Hebræorum contra  
consuetudinem moresque antiquos, no-  
uam administrationem concesserit, est  
compertum. Actuum etiam 15. cap.

Constat beatum Petrum adfuisse Con-  
cilio, quòd Hierosolimis cōgregatum fu-  
it, vbi cum circa legalium obseruationē  
controversia esset exorta, & hinc popu-  
lus gentium ad Christi religionē conuer-  
sus, illinc verò multitudo seniorum Isra-  
el legis æmulatrix perstare puisset, Prin-  
ceps Apostolorū Spiritus sancti solida-  
tus iam fortitudine & fidei feruore suc-  
census, rationem utriusque multitudinis  
habens, dixit. Nunc ergò quid tentatis  
Deum, imponere iugum super ceruices  
Discipulorum, quod nec patres nostri,  
neque nos portare potuimus? Prouiden-  
tiissimè igitur beatus Apostolus his ver-  
bis ad Iudeos & ad Gentiles respiciens,

grau-

graue legis onus nulli hominum impo-  
nendū esse decreuit. Ut autē patres illi,  
Iudeorum bono consulerent, ne le Iudei  
propter communem victimā à Gentī-  
bus segregarēt, cū ex vtrisque vna Chri-  
sti Ecclesia esset edificanda, sub hac for-  
ma in illo celebratissimo Concilio sancti  
uerunt. Visum est Spiritui sancto & no-  
bis, nihil ultra imponere vobis oneris,  
quām hæc necessaria, ut abstineatis vos  
ab immolatis simulachrorū, et sanguine,  
et suffocato, et fornicatione. Ex his qua-  
tuor, à quibus vterq; populus se abstine-  
re debebat, duo illa videlicet suffocatū  
& sanguis, non quia mala erant, genti-  
bus fuerūt prohibita, (est enim licitum  
sanguinem & suffocatū comedere) sed  
ne Iudei odio Gentes haberent, abomi-  
narentur & earum vitaret confortium.  
Quid ergo magnum faciet nunc Eccle-  
sia, si propter lucrādos hæreticos & schi-  
smaticos, statutis aliquot abrogatis, no-  
ni quicquam obseruandum deinceps, si  
oportuerit iniungat catholicis, vt ex om-  
nibus.

nibus fiat vnum ouile, & omnes habeant vnum pastorem?

*Lex quæ non seruatur, satius est eam abrogari.*

CAP. III.

**E**cclesiæ Prælati, maxime summus Pentifex, facultatem dispensandi habent, circa statuta illa, quæ huicm & positivum sunt iuris. Dispensatio verò quæ est ab huiusmodi potestate, iusta est, dum adest rationabilis causa: qua non existet tantum abest ut dispensatio sit iusta, ut magis sit in perniciem christianismi, iniusta quoque, & scandalosa. Hæc autem dispensatio iusta, particularis quedam abrogacio est legis vniuersalis, lege ipsa vniuersali in sua autoritate manente. Sunt autem inter alias quedam ecclesia sticæ leges, quæ parum aut nihil bono communi conducunt, cum harum facilimè quisque dispensationem obtineat. Ut gratia exépli, Lex de illegitimis non ordinandis. Quis tamen ex illegitimis est,

est, qui à saeris ordinibus arceatur? aut cui legis huius dispensatio nunc temporis denegetur? Huiusmodi ergò leges cum non feruentur, perinde sunt ac si non essent, satiusq; esset si omnino abrogarentur. Cum ergò dum postulat ratio, iusta dispensandi causa existēte, in casu particulari, non immerito lex abrogetur, cur ob multitudinē populorū nō abrogabitur vniuersaliter: cum iustior causa reperiatur in multitudine, ad abrogandā, legē quam in vno aliquo inueniri possit ad dispensandum? Propter multitudinem ergò iuste est lex abrogāda.

*Propter hominum ingenia, leges expedire variare.* CAP. V.

**C**Vm lex suapte natura, non propter particulare bonum: sed propter commune, vniuersaliter statuatur, contra legis naturam erit, si quod statutum est propter bonum commune, oppugnet ipsummet bonum commune. sed aliquando accidit, quod lex aut con-

fuetudo



suetudo quæ vni regioni conuenit alteri magis nocet, & quæ preterito tempore bono Republicæ consulebat, iam nūc propter ingenia hominum, in bonū eius dēm Republicæ non conducat, cum minime homines in eodem statu permaneant. Nisi ergò lex illa abrogetur, & consuetudo quæ male pullulare iam incipit succidatur, oppugnabitur ipsum bonū commune, quod maximum est inconueniens. Vnde quando multitudo populi est prona & inclinata ad aliquod opus quod solummodo malum est, quia humana lege prohibitum, tunc ratione multitudinis habita, debet abrogari lex illa, cum expedit bono communi. Hac verò lege abrogata, multitudo quæ in opus vetitum antea nitiebatur, sanctè & religiose poterit erga illud opus se gerere.

Verbi gratia: populi Germanici sunt proni & afficiti communionē subtraque spetie, quæ videm de se mala nō est, nisi quia propter alias causas iustas laicis est in Ecclesia latina prohibita.

Expedit

Expedit ergo, ut ratio multitudinis habeatur, & cum Germanicis populis dispensetur, ut sub vtraq; specie possint Sacramentum suscipere. Ut verò lex hæc abrogetur, iustior causa esse non potest, quā quæ nūc est, videlicet, propter tantę multitudinis bonum, cui si communicandi, sub vtraq; specie Ecclesia copiam fecerit, & sancte Sacramentum suscipiet, & Ecclesiæ copulabitur.

*Leges humanæ non sunt perpetuandaæ.*

CAP. VI.

**Q**uamvis Leges humanæ sint iustæ, & antiqua consuetudine roboretæ, non tamen ex hoc sunt perpetuandæ : quia legem humanam esse perpetuam & irreuocabilem, est contra bonum & æquum. Nam sicut pro bono & æquo in aliquo particulari euentu, melius est non seruare legem, quam illam seruare: ita etiam pro multitudinis bono, melius est abrogare legem, quam quod lex i-

F pfa

psa in sua autoritate permaneat. Deinde contra humanæ legis naturā est, quod sit æterna & inuariabilis, cum ipsa non habeat intrinsecam rectitudinem. Ista verò legum humanarum varietas, & mutabilitas, sicut non arguit in legislatore, iniusticiam nec leuitatem (nam sapientis est mutare consilium) ita non arguit iniquitatem in lege. Aug. lib. de libero arbitrio 6. cap. Cū ergo istæ duæ leges, ita sibi videantur contrariæ, vt vna earum, honorum dandorum populo tribuat potestatem, auferat altera : & cum ista secunda ita lata sit, vt nullo modo ambæ in vna ciuitate simul esse possint, num dicemus aliquam earum iniustum esse, & ferri minime debuisse? nullo modo. Appellamus igitur istam legem, si placet temporealem, quæ quamuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest. Hęc August. Vnde manifeste colligitur, quod pro diuersis temporibus, & diuersis regionibus, leges contrariæ possunt esse iustæ, & per cōsequens, rationes contrariæ propter

proper quas legislator & variat, & condit illas leges, possunt esse proculdubio iuste. Hæc autem rationes legum, vt & ipse leges, ab eadem lege inuariabili, æternaque deriuantur. August. Hæc vicissitudo temporalis, vt iusta esset, ex illa æternitate tracta est. Et infra. Ut igitur breuiter æternæ legis notionem, quæ impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem, ea est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima. Hæc tenus August. Similimodo, eadem fide catholica in sua puritate manente prohibitio communicandi sub vtraq; specie, potest suadente ratione pro tempore variari, nec quia prohibitionis iusta fuit, ideo abrogatio huiusprohibitionis erit iniusta, sicut nec rationes, quibus communio sub vtraq; specie laicis concedi potest, erunt iniustæ, quia rationes quibus prohibita est, fuerunt iustissime, vtrumque enim exigit, & postulat bonum commune, quia hic modus communicandi non est de se malus, neque lege diuina prohibitus, immo pro diuersis regionibus

Fij nibus

psa in sua autoritate permaneat. Deinde contra humanæ legis naturā est, quod sit æterna & inuariabilis, cum ipsa non habeat intrinsecam rectitudinem. Ista vero legum humanarum varietas, & mutabilitas, sicut non arguit in legislatore, iniustiam nec leuitatem (nam sapientis est mutare consilium) ita non arguit iniquitatem in lege. Aug. lib. de libero arbitrio 6. cap. Cū ergo istæ duæ leges, ita si bi videantur contrariæ, vt vna earum, honorum dandorum populo tribuat potestatem, auferat altera : & cum ista secunda ita lata sit, vt nullo modo ambæ in vna ciuitate simul esse possint, num dicemus aliquam earum iniustum esse, & ferri minime debuisse? nullo modo. Appellamus igitur istam legem, si placet temporalem, quæ quamuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest. Hec August. Vnde manifestè colligitur, quod pro diuersis temporibus, & diuersis regionibus, leges contrariæ possunt esse iusta, & per cōsequens, rationes contrariæ propter

proper quas legislator & variat, & condit illas leges, possunt esse proculdubio iuste. Hæc autem rationes legum, vt & ipse leges, ab eadem lege inuariabili, æternaque deriuantur. August. Hæc vicissitudo temporalis, vt iusta esset, ex illa æternitate tracta est. Et infra. Ut igitur breuiter æternæ legis notionem, quæ impressa nobis est, quantum valeo verbis explicem, ea est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatisima. Haec tenus August. Similimodo, eadem fide catholica in sua puritate manente prohibitio communicandi sub vtraque specie, potest suadente ratione pro tempore variari, nec quia prohibitio iusta fuit, ideo abrogatio huius prohibitionis erit iniusta, sicut nec rationes, quibus communio sub vtraque specie laicis concedi potest, erunt iniustæ, quia rationes quibus prohibita est, fuerunt iustissime, vtrumque enim exigit, & postulat bonum commune, quia hic inodus communicandi non est de se malus, neque lege diuinâ prohibitus, inò pro diuersis regionibus

F. ii. nibus

nibus & temporibus, laudabiliter & religiose Catholici, sub vtraq; specie communicarunt. Vnde qui leges humanas æternas & inuariabiles esse volunt, agūt contra bonum & æquum. Sicut Licurgus, qui vt leges suas perpetuaret, à populo impetravit, ne quo usq; ipse rediret, à quoquā abrogarentur. Hoc populus se facturū iure iurando promisit, ipse verò Licurgus abiens occidit se: hoc facto leges suas perpetuandas existimans.

*Ad conditorem legis, abrogatio legis expedita.*

CAP VII.

**C**Vicunq; natura legis vel ex supra dictis constiterit, operofū non erit eidem consequenter prædiuinare, tantam prudentiam, sapientiamq; admundandas & abrogandas inutiles leges, & inimicas bono communi, esse in Principe necessariam, quantam recta postulat ratio ad leges iustas condendas. Sicut n. iuxta beatum August. Regulicet in ciuitate

uitate cui regnat, iubere aliquid, quod ne  
q; ante illum quisquam, neq; ipse vñquā  
iusslerat, & non contra societatem ciuita-  
tis eius obtemperatur, imò contra socie-  
tatē non obtemperatur. Generale quip-  
pe pactum est societatis humanæ, obedi-  
re Regibus suis. Ita Ecclesia potest ali-  
quid statuere, quod nunquam fuit statu-  
tum, dum modo contra religionem non  
sit. Potest etiam propter multitudinis  
bonum, aliquod abrogare statutū, quod  
haec tenus abrogatum non fuit, cum vtrū  
q; communib[us] bono religionis Christianæ  
pro tempore posse conducere. Quæ  
autem leges & qua de causa sunt abrogan-  
dæ, Aug. docet inquiēs. Epist 119. Miror  
sanè, quid ita volueris, vt de his quæ va-  
riè per diuersa loca obseruātur, tibi aliqua  
conscriberem, cum & non sit necessariū,  
& vna in his saluberrima regula retinen-  
da sit: vt quæ non sunt contra fidem, ne-  
q; contra bonos mores, & habent aliquid  
ad exhortationem vitæ melioris, vbi cun-  
q; instituti videmus, vel instituta cognou-

F iiij Icimus

scimus, non solum non improbemus, sed  
etiam laudando & imitando sectemur:  
si aliquorum infirmitas non ita impedit,  
ut amplius detrimentum sit. Si enim eo  
modo impedit, ut maiora studiorum lu-  
cra spectanda sint, quam calumniatorum  
detrimenta metuenda, sine dubitatione  
faciendum est, maximè illud quod de scri-  
pturis etiam defendi potest: sicut de hi-  
mnis & psalmis cantandis, cum & ipsius  
Domini, & Apostolorum habeamus do-  
cumenta, & exempla, & precepta. Pen-  
sanda sunt verba beati August. dum in-  
quit. Si aliquorum infirmitas non ita im-  
pedit, ut amplius detrimendum sit: si. n.  
eo modo impedit, ut maiora studiorum  
luhra spectanda sint, quam calumniato-  
rum detrimenta metuenda, sine dubita-  
tione faciendum est. Cum ergo prohi-  
bitio communicationis sub vtraq; specie  
vniuerso populo Germanico, magnū affe-  
rat detrimentum, neq; maiora lucra, imo  
potius detrimenta maiora sperentur (hac  
enim de causa multi ab unitate Ecclesiæ  
sepa-

eparantur) non dubium quin expediat Germaniae populis, calicis usum concedere: maxime, cum per interdictionem illa, fides non astruatur, nec per hanc confessionem, ipsa periclitetur. Stat enim cum vera fide catholica, uterque modus comunicandi. Sequitur in preallegata Aug. Epistola. Quod autem instituitur praeter consuetudinem, ut quasi obseruatio Sacramenti sit, approbare non possum, etiam si multa huiusmodi propter nonnullarum vel sanctorum, vel turbulentarum personarum scandala deuitanda, liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo quia multa, quae in diuinis libris saluberrima precepta sunt minus curantur, & tam multis presumptionibus plena sunt omnia, ut graui corripiatur, qui per octauas suas terram nudo pede tetigerit, quam qui metem violentia sepelierit. Omnia itaque talia, quae neque sanctarum scripturarum autoritatibus continentur, nec in concilijs Episcoporum, statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersae Ecclesiae ro-

F iiiij borata

borata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix aut omnino nunquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines fecuti sunt, ubi facultas tribuitur, sineulla dubitatione refecanda existimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem (quam paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit) seruilibus oneribus præmunt, ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legilibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur. Sed Ecclesia Dei inter multam paleam, multaq; zizania constituta, multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem, vel bonam vitam non approbat, nec tacet, nec facit. Hæc Augustinus. Quis sanctissimi huius viri summam diligentiam, curamque indagandæ veritatis non laudet? quis ea non commendet? quis demum eam non  
ænu-

gimulari exoptet? Credamus ergò per-  
vigilantissimo Doctori Augū. & affer-  
tionis (quam hucusq; perduxí) veritatem  
clariorem luce pomeridiana videbimus.  
Illam verò sententiam, quæ catholico ani-  
mo nunquam fedit (qua afferitur huma-  
nas leges omnino esse abrogandas) erro-  
neam incunctanter affirmo, cum ve-  
rissimum sit, præter legem diuinā  
& naturalem, religioni Chri-  
stianæ, sicut & Reipub. ci-  
uili leges iustas esse  
perquam ne-  
cessarias.



F

v

Quo-

# Quomodo pro di VERSITATE TEMPO- rum expediat, sacratissimam Eucharistiam administrari.

*Laicos communicare sub utraque specie non  
est contra fidem catholicam.*

## CAPVT I.

**O**Mnibus (qui Ecclesiæ catho-  
licæ sanctiones sanctissimas non ig-  
norant) exploratum est satis: communio  
nem sub vtraq; specie Ecclesiam nunquā  
damnasse, sicut nec illam quæ sub vna fit  
tantum specie: vtranq; enim istarum,  
aut pro diuerso personarū statu, aut con-  
suetudine ecclesiarum laudabili, appro-  
bavit. De communione namq; quæ fit  
sub vtraq; specie, satis id constat, cū Chri-  
stus redemptor noster Apostolis omni-  
bus in ultima cœna corpus suum atque  
sanguinem sub vtraq; specie tradiderit.  
Diuus etiam Paul, ostendit apertè, vtrā  
que spe

que speciem populis ministratam. Inde  
etiam est, quod consuetudo hec inoleuit  
in ecclesijs Græcorum, & usq; in præte-  
tem diem Ecclesia non contradicente fer-  
uatur. Communio verò sub vna specie,  
quæ etiam in diuina autoritate fundatur:  
non immerito propter iustas & rationa-  
biles causas à generalibus Constantiæ et  
Basileæ concilijs sanctissimè est approba-  
ta. hinc est quod in Ecclesia latina vigu-  
it consuetudo laudabilis communicandi  
sub vna specie. Quod autem consuetu-  
do hæc fundetur in scriptura diuina pa-  
tet. Duo enim Discipuli in Emaus Ca-  
stello Christum inuitantes, sub vna tan-  
tum specie communicarunt. Cognoues-  
runt enim eum, inquit scriptura, in fra-  
ctione panis. Quæ verba exponet The-  
ophilus dicit. Inflinguatur autem & aliud  
quidem, nempe quod oculi eorum, qui  
benedictum panem assumunt, aperiun-  
tur ut agnoscant illum, magnam enim et  
indicibilem vim habet caro domini. Et in  
lib. actorum. Erant autem perseveran-  
tes in

tes in doctrina Apostolorum, & communica-  
*Actuum 20.6* tione fractionis panis. Et eodem lib-  
ro. Vna autem sabbati cum conuenisse  
mus ad frangendum panem. Ecce tria  
loca sacræ scripture, in quibus de sola pa-  
nis specie fit mentio, de vini autem spe-  
cie, nullum ibidem verbum habetur,  
Hinc fit, quod illi qui communionē sub  
vna specie damnant, iustè ab Ecclesia ca-  
tholica, habentur tanquā hæretici, quia  
ea reprobant, quæ ab Apostoliset à Chri-  
sto sunt tradita, et per tot secula à catholi-  
cis approbata & recepta. Eis etiam, qui  
contra laudabilem Ecclesiæ consuetudi-  
nem volūt cōmunionem sub vtraq; spe-  
cie introducere, nō immerito potest Ec-  
clesia schismatis notam inurere. Qua-  
propter qui sub panis tantum specie cō-  
municat, precepti de communicando  
non est transgressor, sed verissimè adim-  
plet illud; cum C H R I S T V S & eius  
Apostoli, & sub vna specie & sub dua-  
bus hoc sacramētum tradiderint. Licet  
enim C H R I S T V S sub duabus specie-  
bus

bus Euchristiam instituerit, quia tamē totis CHRISTVS in utraque specie, & in qualibet utriusque speciei particula continetur, totumq; CHRISTVM sumit: & tantam gratiam consequitur, qui sub vna specie communicat, quantā qui communicat sub duabus: Ecclesia vbi communio sub panis tantum specie est in usu, sancte & religiosè sacerdotibus precipit, ut laicos nō alio modo cōmunicent: tum propter sacramenti reuerentiam, tum etiam propter fidei veritatem ne populus erret opinando, aliud containeri in vini, & aliud in panis specie: cum secundum fidem verum CHRISTI corpus ( cui mors ultra non dominabitur ) simul cum sanguine sub qualibet specie contineatur. Deinde quia frequens populus non potest calicem sumere sine effusionis periculo, quod maximè vitandum est in hoc augustissimo sacramento. Nec abhorret à vero hoc à Christo & ab Apostolis cautum, dum sub vna specie ministrabant hoc sacramentum, Sacerdotes

dotes vero ad quos munus pertinet con-  
secrandi, & quibus non licet unam speci-  
em sine altera consecrare, contra religi-  
onem agerent, si dum consecrant, vtrā-  
q; speciem non tumerent, cum CHRI-  
STVS sic instituerit, & haec tenus Eccle-  
sia catholica semper modum hunc obser-  
uauerit. Quoniam autē à tempore Apo-  
stolorum, varia fuit traditio, variaq; con-  
suetudo ministrandi populis hoc sacra-  
mentum, standum est patrum & genera-  
lis Concilij iudicio, nec plus sapere, iux-  
ta Pauli sentenciam, q; oportet sapere,  
sed sapere ad sobrietatem.

*Quibus aut quando, iuste denegari concediue po-  
test communio sub utraq; specie.*

*CAPVT. II.*

**C**Vm ex his que superius sunt  
adducta nulli sit dubium quin com-  
munio sub utraq; specie prohibita non  
sit tanquam mala: sed vel quia laici non  
reuerenter fumebant, reuerendum hoc  
et admirabile sacramentum: aut quia mi-  
nime

nime rectam fidem habebant nō credentes totum CHRISTVM sicut sub vtraq; ita sub vna quāq; specie cōtineri: aut quia sub vna specie communicantes, nō tantam gratiam conlequi se credebant, quātam si sub vtraq; specie sumerent sacramentum: aut deniq; quia communicantes sub vna specie, falso opinabantur se preceptum non adimplere. Ideò si accedentes cum debita reverentia ad calicis sumptionem, habeant fidem rectam iuxta communem sensum Ecclesiæ, tantum abest ut sacræ scripturæ aut religio ni christianæ repugnet, eis sub vtraq; specie tradere sacramentum, vt etiam diuinæ scripturæ & ipsi religioni Christianæ sit consonum. Quapropter expediret ut Ecclesia saluti fideliū consulens, eos qui circa religionem variant ad suam unitatem, tanquam pia mater, adduceret, & infirmos charitatis visceribus obfirmaret, & sic ecclesijs Germaniæ concederet, ut laicis potentibus aut sub vna specie aut sub duabus sacramentum corporis & sanguinis



sanguinis CHRISTI, libere à sacerdoti  
bus posset administrari : dū modo com-  
municaturi credant indubitanter, totum  
contentum in hoc sacramento, vtroque  
modo à fidelibus sumi, eandemq; grati-  
am consequi eos qui hoc aut illo modo  
communicant: & deniq; vtroq; modo il-  
*Ioen. 6. cap.* lud adiimpleri preceptum : Amen amen  
dico vobis, nisi manducaueritis carnem  
filij hominis, & biberitis eius sanguinem,  
non habebitis vitā in vobis : cum is qui  
sub vna specie sumit diuinum hoc sacra-  
mentū, ita fiat particeps corporis & san-  
guinis CHRISTI, sicut qui illud sub vtr-  
raq; specie sumit.

*Pietati ecclesiæ congruit, ut à fidelium commu-  
nione non separet eos qui sub utraq; specie com-  
municant.*

CAP. III.

**I**Am non adeò opus est neruos  
intellectus intēdere, vt nō possit quis in-  
telligere, etiam si vel primoribus labijs sa-  
cras literas degustauerit, quod disonātia  
communionis non dissoluit consonanti  
am fidei

am fidei : hoc enim facili negotio ex su  
pra dictis poterat colligi : sed adhuc id-  
ipsum denuo sic potest ostendi. Ad hoc  
vñq; tēpus, populis Gr̄ecorum sub vtraq;  
specie administrata est Eucharistia, &  
nunquam fuit controuersia inter ecclē-  
siā Latinā & Gr̄ecā circa consue-  
tudinem istam : nec Gr̄ecis à sacrīs con-  
cilijs fuit aliquando interdicta : patet er-  
gō talem consuetudinem & modum cō-  
municandi, vnitatem fidei non impedi-  
re. Omitto errorem dicentium, commu-  
nionem sub vtraq; specie esse populis de  
necessitate salutis, hunc enim ego & ore  
& corde, execror, abominor & detestor,  
qui vtrum sit verum nec ne illum esse  
Gr̄ecorum vt fertur, in presentia non di-  
sputamus, nunc enim alia res agitur : ni  
mirum verissimū esse, quòd Ecclesia ob-  
ob solam hanc consuetudinem, heres is  
aut schismatis crimen, nuquam impegit  
Gr̄ecis. Ad hæc: doctissimi atq; sanctissi-  
mi viri, tam Gr̄eci quam Latini de hac  
re ex professo facientes sermonem, nun-

G

quam

quam asseruerunt, diuersum modum cō-  
municandi vnitatem fidei oppugnare, cū  
tamen ex eorum doctrina constet, non  
tantum Græcos sed & Latinos vtroque  
modo Sacramentum hoc suscepisse. Cum  
ergo una fides Catholica, variis com-  
municandi modum nou respuat sed ad-  
mittat, congruentissimum & decentissi-  
mum est Ecclesiæ, vt ob solam commu-  
nionem sub utraque specie, Germanos  
non separaret à communione fidelium, nec  
eos ob causam eamde ut schismaticos de-  
inceps enunciet, sed exemplo Christi sub  
alas suas, vt gallina, pullos dispersos ma-  
ximopere laboret colligere: Quod verò  
propter illa quæ fidem non variant, po-  
puli non sint separandi ab vnitate fidelium,  
facile est ex antiquis doctoribns do-  
cumenta (quæ huic assertioni faciant fi-  
dem indubiam) colligere. Legitur enim  
in historia Ecclesiastica Eusebij: quod dis-  
sentientibus Ecclesijs Asiæ ab Ecclesia  
Romana: Victor Romanæ Ecclesiæ E-  
piscopus, pertinacius agens, passim toti-  
us Asie

Lib: V. cap:  
XIII.

is Asiae ac vicinarum Ecclesiarum Ecclesias à communionis societate abscondere nititur tanquam in heresim declinantes, & literas mittit, quibus omnes simul absque discretione ab Ecclesiastico federe segregaret. Sed hoc non omnibus placebat Episcopis, quim pocius è contrario scribentes ei iubebant, ut magis quæ pacis sunt ageret & concordie atque unitati studeret. Denique extant etiam ipsorum literæ, qui asperius obiurgant Victorem, velut inutiliter Ecclesiæ commodis consulentem. Nam & Hirceneus, cū cæteris quibus præterat Galliarum Episcopis, scribens confirmat quidem, ut in dominica die Resurrectionis Domini mysterium celebretur, Victorem tamen arguit quod non recte fecerit abscondere à corporis unitate tot & tantas Ecclesias Dei, quæ modum sibi antiquo traditum custodirent. Sed et de multis alijs commonet per hæc verba. Non solum inquit de die Pasche agitur controuersia, sed & de ipsa spe-

G ij cie

cicī īeīuniorū. Quidam enim putant,  
vno tantum die obseruari debere īeīum,  
alij duobus alijs vero pluribus: non  
nulli etiam quadraginta ita ut horas di-  
urnas nocturnasque computantes, diem  
statuant. Quæ varietas obseruantia non  
tunc primum, neque nostris temporibus  
cœpit: sed multo ante nos, ex illis (ut o-  
pinor) qui non simpliciter quod ab initio  
traditum est tenentes, in alium mo-  
rem, vel per negligentiam vel per impe-  
ritiam post modum decidere. Et tamen  
omnino omnis omnes. isti etiam cum in ob-  
seruancia variarent, inter seiplos & pa-  
cifici fuerunt semper nobiscum & sunt:  
nec disonantia īeīuij fidei consonanti-  
am rupit. Post hæc inserit etiam histori-  
am quandam quæ pro sui oportunitate  
nec à nobis debet omitti. Denique ait:  
& illi omnes ante Soterem presbiteri  
qui Ecclesiæ (cui tu nunc præs ) sacer-  
dotiū tenuerūt Anicetum dico & Pium  
Hyginumque & Telesphorum & Xy-  
lum, neque ipsi ita tenuerunt neque hi  
qui

quiccum ipsis erant, & tamen cum ipsis  
 ita non obseruarent, pacem semper ha-  
 buerunt cum illis Ecclesijs quæ hunc  
 obseruantiaæ morem tenebant: cum uti-  
 que & ipsis contrarium videretur quod  
 non etiam cæteri similiter obseruarent.  
 Nunquā tamen ob hoc repulsi sunt ab  
 Ecclesiæ societate, aut venientibus ab  
 illis partibus non sunt suscepiti, imò po-  
 tius & omnes presbiteri qui fuerunt an-  
 te te, omnibus semper qui non ita obser-  
 uabant presbyteris Ecclesiarum, Eu-  
 charystiam solenniter transmittebant.  
 Beatus autem Policarpus cum ad vr-  
 bem Romanam venisset sub Aniceto, cum  
 que de alijs nonnullis parum quid ha-  
 buissent inter se statim tamen coiſſent  
 in pace, de hac questione ita egerunt ut  
 non vnuſquique ſententiam ſuam ob-  
 ſtinata contentione defenderet. Neque  
 enim aut Anicetus Policarpo ſuadere  
 poterat, ut non obſeruaret ea quæ no-  
 uerat Ioanem diſcipulum Domini no-  
 stri, vel cæteros apóstolos, cum quibus  
 G ij ſemper

semper fuerat obseruasset; neque iur-  
sus Polycarpus Aniceto persuasit, ea dea-  
scere quæ ille dicebat, à se maiorum mo-  
res seruari. Cumque hæc ita inter se ha-  
buissent, cōmunicarunt sibi iuicem; ita  
ut concederet Anicetus Polycarpo eti-  
am sacerdotali ministerio honoris dum  
taxat contemplatione perfungi, & ita  
ab iuicem plena fide, pace integra &  
firme charitate discedunt, ut omnes Ec-  
clesiæ siue quæ ita de Pascha, siue quæ  
non ita obseruarent, inter se tamen cō-  
cordiam custodirent. Hæc Ireneus a-  
gens, nominis sui opus pacem videlicet  
Dei Ecclesijs concilians scribit: & non  
solum Victori sed & diuersis Ecclesia-  
rum rectoribus, similiter per Epistolas  
asserit, quòd nulla pro hac questione  
in Ecclesijs Dei dissensio debeat obori-  
ri. Haec tenus Eusebius. Vbi inter  
alia notatu digna debent tria considera-  
ri. Primum, quòd Ireneus & cæteri  
Episcopi arguerint Papam Victorem,  
propterea quòd separauit à sua commu-  
nione

nione plures Ecclesiæ, non hæresis causa, quod alij prædecessores eius non fecerunt. Eodem ergo modo cum antiqui patres, communicantes sub vtraque specie, à communione fidelium non separauerint, aut talem consuetudinem vicio dederint, imò potius aprobauerint, non expediet Ecclesiæ ob solam hanc causam, Germaniæ populos à communione fidelium separare. Secundum, quod ille omnes Ecclesiæ inter se veram pacem seruabant, licet in Paschæ celebratione minime ut visum est, conuenienter. Sic ergo expediet Ecclesiæ, vt qua potuerit diligentia fiat, ne varius communicandi modus, charitatis pacem abrumpat, sicut nec olim veram concordiam abrupit. Tertium, quod Anicetu Policarpo suadere non poterat, neque Policarpus Aniceto; ita & istis qui sub vtraque specie communicant, suaderi non poterit ut hanc communicandi deferant consuetudinem, cù satis sibi persuasum habeant, illam (ut verum est) contineri.

G    iiii        in

in sacra scriptura, & tam à Græcis Catholicis, quam etiam à Latinis, clim obseruata fuisse. Quapropter expediet, ut Germanis qui tam solite calicis usum desiderant, Ecclesia copiam faciat, ut sub vtraque specie Sacramentum possint suscipere. Augustinus etiam, postquam diuersum Ecclesiarum morem circa sabbati ieiunium retulit, subiungit. Quod si respondetur hoc docuisse Iacobum herosolimis, Ephesi Ioanem, ceterosque alijs locis quod docuit Romæ Petrus, id est, ut sabbato ieiunetur; sed ab hac doctrina terras ceteras deuiasse, atque in eam Romam stetisse: & ē contrario refertur, occidentis potius aliqua loca in quibus Roma est non seruasse quod apostoli tradiderunt, Orientis vero terras vnde coepit ipsum euangelium predicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro apostolis traditum est, ne sabbato ieiunetur, sine aliqua varietate mansisse. Interminabilis est ista contentio, generans lites, non finiens quaestionem.

Sit

Sit ergo vna fides vniuersæ quæ vbique dilatatur Ecclesiæ tanquam intus in mēbris, etiam si ipsa fidei vnitas quibusdam diuersis obseruationibus celebretur, qui bus nullo modo quod in fide verum est impeditur. Omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus, illæ autem obseruationes quæ varie celebrantur in eius veste intelliguntur. Vnde ibi dicitur, in finbrijs aureis circumamicta varietate: sed ea quoq; vestis ita diuersis celebrationibus varietur, vt non aduersis contentiobus disipetur: Hacetenus August. Iam ergo vnde deflexit, eo reuertatur oratio: cum diuersitas communicandi illud quod in fide verum est non impeditat, & intus in membris maneat vna fides Ecclesiæ, non erit indecens, si fidei vnitatis diuersis circa Communionem obseruationibus celebretur. Subscribit & huic sententiæ sanctissimus egregiusq; Doctor Ambrosius, qui de Sacramentis Libro 3. Cap. i. pertractans antiquum motum, secundum quem Sacerdotes lau-

G v bant

bant pedes denuo baptizatis, sic ait. Ac  
cedisti de fonte quid secutum est? audi  
sti lectionem succinctus est Sacerdos, li-  
cet enim Presbyteri fecerint, tamē exor-  
diū ministerij à summo est Sacerdote.  
Succinctus inquam summus Sacerdos,  
pedes tibi lauit, quid istud misterium? au-  
disti utique, quia Dominus cum lauisset  
Discipulis alijs pedes venit ad Petrum,  
& ait illi Petrus, Tu mihi lauas pedes?  
hoc est, tu Dominus seruo lauas pedes,  
vide omnem iustitiam, vide sanctificati-  
onem, Nisi lauero inquit, tibi pedes non  
habebis mecum partem. Non ignoram-  
mus, quod Ecclesia Romana hanc con-  
suetudinem non habeat, cuius typum in  
omnibus sequimur & formam, hanc ta-  
men consuetudinem non habet, ut pe-  
des lauet. Vide ergo, forte propter mul-  
titudinem declinavit, sunt tamen qui di-  
cant & exculare conentur, quia hoc in  
misterio faciendum est, non in baptisma-  
te, non in regeneratione: sed quasi ho-  
spiti pedes laundi sint, aliud est humili-  
tatis

ratis, aliud sanctificationis: Deniq; audi,  
quia misterium est & sanctificatio. Ni si  
lauero tibi pedes, non habebis mecum  
partem. Hoc ideo dico, non quod alios  
reprehendam, sed mea officia ipse com-  
mendem, in omnibus cupio sequi Eccle-  
siā Romanā. Sed tamen & nos homi-  
nes sensum habemus, ideo quod alibi re-  
ctius seruatur, & nos recte custodimus,  
ipsum sequimur Apostolum Petrum, ip-  
sius inheremus deuotioni, ad hoc Ec-  
clesia Romana quid respondet? vtiq; ip-  
se autor est nobis huius assertionis Pe-  
trus Apostolus, qui Sacerdos fuit Eccle-  
siæ Romanæ, haec tenus Ambrosius. Ec-  
ce ut hec Ecclesiæ columnæ, consuetudi-  
nem illam ( quæ apud multas Ecclesiæ  
magni momenti erat ) se recte seruasse  
fatetur, licet Ecclesia Romana ( cuius ty-  
pum in omnibus sequebatur & formam )  
ob aliquam causam, eandem non custo-  
diret. Hoc autem Pontifex tantus non  
faceret, si illa Ecclesiarum consuetudo  
diuersa, unitatem scinderet fidei: sic ita-  
que di-

que diuersus modus communicandi, nō  
scindit fidem Catholicam, cum fidelium  
populorum existentium intra gremium  
Ecclesiæ, quidā verè Catholici sub vna,  
quidam verò sib vtraq; specie commu-  
nicauerint. Oportebit ergo populis, qui  
vtranq; speciem sumere peroptant con-  
sulere, eisq; liberè talem vlam concede-  
re. Maximè cum sint quamplurimi, qui  
hoc vniico detinentur errore, quique pe-  
dibus Ecclesiæ subditi, quicquid alias in  
iunctum illis fuerit, brachijs extensis ac-  
cipient. Secus verò timendum est, ne in  
alios prolabantur errores. Deniq; acce-  
dit ad hoc, quod nullum periculum im-  
minet, si potentibus usus Calicis conce-  
datur, maximum verò bonum, si non de-  
negetur, speratur:

*Expedit Ecclesia quibusdam propter inobedi-  
entia periculum, Calicis usum concedere.*

*CAPVT. III.*

**Q**VAM facilè primo homini  
fuerit D' via omnibus obedire, ne  
minem

minem preterit, cum in statu illò inocen-  
 tie, in quo ignorantia nō excebat, nec  
 inordinata concupiscentia vrgebat, Iope-  
 rosum non esset ei complere mandata di-  
 uina. Accessit ad hoc, quòd & ipse De-  
 us faciliorem obedientiam reddidit, quā  
 do enim Adæ esum fructus vnius ligni  
 prohibuit, ei ut de omnibus ederet mise-  
 ricorditer est largitus. Post peccatum ta-  
 men Adæ, quam difficile sit obedire, il-  
 lum latet, qui neq; Deum nouit in celis,  
 neque hominem superiorem in terris.  
 Impedimento enim nobis est, nō solum  
 ignorantia, sed etiam concupiscentia.  
 Ideò legum abrogatio fieri multoties ex-  
 pedit, etiam si leges nō sint iniusta, pro-  
 pter solam populi inobedientiam, nitit-  
 tur enim semper inuetitum populus.  
 Ad rem ergo deueniendo, cum populi  
 germanici propter suam infirmitatem,  
 ea concupiscant quæ sunt ab Ecclesia,  
 prohibita, videlicet, Communionē sub  
 vtraq; specie, neq; possint ad vnitatem  
 catholicæ Ecclesiæ reduci, nisi illis hoc  
 liberè

liberè concedatur; expediet sine dubio  
statutum hoc, de non communicando  
sub vtraq; specie abrogari, idq; illis piè  
concedere, quod neq; est contra fidem,  
nec contra bonos mores: ut in omnibus  
alijs, subditi obedient Ecclesiæ, maximè  
cum summus Pontifex, ion urgente ne  
cessitate, dignitate prouectis, vtriusque  
speciej vsum non semel concesserit, mul-  
tisque ob suam deuotionem ipsem et v-  
tranq; speciem porrexerit.

*Solis adultis administranda est Eucharistia.*

CAPVT. V.

**O**MNIBUS est in confessolau-  
dabilem confuetudinem, nedum le-  
gem interpretari, legisq; vim obtinere,  
sed etiam eam abrogare & omnino abo-  
lere posse. Quapropter id quod de legi-  
bus abrogandis est dictum, & de tali con-  
fuetudine prorsus oportet intelligi. Est  
namque discrepante nemine, variabilis  
confuctudo, variariq; debet, dum ratio  
postulat

postulat & expedit bono communī.  
 Consuetudo enim quæ olim laudabilis  
 fuerat, potest iam nunc abusus vituperabilis  
 esse : Deinde sicut lex abrogata,  
 non iam habet vim obligandi, ita nec cō  
 suetudo contra veritatem rationemque  
 militans est sequenda. Verbi gratia, al-  
 legat quis quarundam Ecclesiarum anti  
 quam consuetudinem pro communican-  
 dis paruulis, & ex ea, oportere, subin-  
 fert, vt nunc etiam paruuli Eucharistiae  
 Sacramentum suscipiant. Sed conse-  
 cutioni huic minime est annuendū : con-  
 stat enim consuetudinem illam non lau-  
 dabilem, imo pocius abusum fuisse: pro  
 ptereaq; veritate elucefcēre, et vires amif-  
 sit & rationabiliter est abrogata, necesse  
 enim est, vt Isydorus inquit, vſus cedat  
 autoritati & prauum vſum ratiō vincat.  
 August. Itaq; veritate manifestata, ce-  
 dat consuetudo veritati. Et quidem ma-  
 nifesta veritas est, quod Christus institu-  
 it Sacramentum corporis & sanguinis  
 sui, sub speciebus panis & vini: sed hic ci-  
 bjs

Lib. 6. de bap.  
 contr. don.  
 Cap. 37\*

bus & potus, non est eorum, qui pro ci-  
bo & potu, adhuc vtuntur lacte, vt sunt  
paruuli baptizati. Quod si quis dixerit.  
Saltem paruulis qui sunt ablactati, & ci-  
bo iam vtuntur & potu esse dñdum hoc  
Sacramentum, Nec hoc ipsum est admit-  
tendum : cum nulla ratio, aut scripturæ  
autoritas bene intellecta conuincat.  
Nec enim ætas quæcuq; sufficiet, vt di-  
gne quis possit sumere, tremendum hoc  
Sacramentum, sed rationis usus est ma-  
xime necessarius, ut digne communicās  
dijudicet corpus Domini. Vnde ex  
institutione Sacramenti Eucharistiæ, ex-  
cludūtur paruuli ab eius sumptione : nā  
ad digne communicandām, nō satis est,  
sumere Sacramentum, nisi etiam sumar-  
tur sacramentaliter, hoc est, quod illi qui  
communicant, habeant iam usum ratio-  
nis : qua per fidem, Eucharistiam pos-  
sint à pane communi & usuali discerne-  
re. Etenim hoc est panem illum, qui ca-  
ro Christi est, manducare. Cum ergo  
non sit pro paruulis institutum hoc Sa-  
cramen-

eramentum, prōculdubio non est illis ad salutem simpliciter necessarium: & sic quotiescumque sacra scriptura, necessitatem huius Sacramenti declarat, vt Ioan: 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c.* non ad baptizatos omnes; sed ad eos tantum, qui ad usum rationis iam peruererunt, est dictum. Paruulis enim sufficit Sacramentum Baptismi, per quod regenerantur in CHRISTO, quod quidem ut paruuli dignè suscipiant, sufficit eis, fides Ecclesiæ: si nati iam sint ut de novo possint renasci: hoc enim ex institutione Sacramenti huius exigitur.

**Vnde** renati paruuli, & fideles sunt, & ex Deo nati filij Dei,  
quod si filij & heredes.

**Quapropter** sic discendentes, vitam consequentur æternam.



H

De

# De Hereticis recipiendis.

*Heretici ab Ecclesia non sunt recipiendi sine pœnitentia. CAP.I.*

**S**atis liquet ex Apostolorum antiquorumque patrum traditione, Ecclesiæ aditum hereticis intercludendum non esse, sed ad eam misericorditer esse recipiendos. Cum verò ob hæresim atque schisma ab unitate Ecclesiæ Catholicæ sint ipsi diuisi, minus est, si sui erroris palinodiam recantent, ut reuniri possint Ecclesiæ: nisi etiam studeant errata per penitentiam corrigere. Hanc doctrinam nos ex verbis Redemptoris nostri, Math.9.cap. possumus sufficienter colligere. Ait enim: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Deinde sententia hæc, acerrimum illū propugnatorem hæresim Augustinum non latuit,

latuit, qui in lib. de vnitate Ecclesiaz cap.  
 19. sic inquit: Veniens itaque H̄ereticus  
 ut Catholicus fiat, errore corrigat pro  
 prium, nō violet Christi Sacramentum,  
 accipiat vinculum pacis, quod non habe  
 bat: sine quo prodesse nō poterat baptis  
 ma quod habebat. Modum autem quem  
 Ecclesia debet tenere in recipiēdis h̄ære  
 ticiis: satis vbi supra Seruator noster ex  
 pressit, dum dixit: ad p̄oenitentiam. O  
 mnes enim verè p̄oenitentes sunt ad Ec  
 clesiam recipiendi. Aug. etiam libro illo  
 præallegato, hoc idē his verbis testatur.  
 Lege ergò mihi quemadmodum Chri  
 stus suscipi iuss erit eos, qui ab H̄ereticis  
 transfire ad Ecclesiā volunt: hoc apertè  
 atq; euidenter, nec ego lego neq; tu. Et  
 infra. Nunc verò cum in scripturis non  
 inueniamus aliquos ad Ecclesiam transfir  
 se ab h̄ereticis, & sicut ego dico aut sicut  
 tu dicis esse suscep tos: puto si aliquis sa  
 piens extitisset, cui Dominus Iesus testi  
 monium perhibet, et de hac questione cō  
 fuleretur à nobis, nullo modo dubitare.

H ij debe

deberemus, id facere quod ille dixisset; ne non tam ipsi, quam Domino Iesu Christo, cuius testimonio commendatur, repugnare iudicaremur. Perhibet autem testimonium Christus Ecclesiæ suæ. Ecce Euangelium, lege vbi ait: Luke 24. (Oportet Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine eius pœniteriam, in remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quomodo ergo suscipit ista Ecclesia per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Reuotis omnibus ambagiis & tergiuersationibus; sic suscipiens est. Hactenus Aug. Deinde quamvis heretici omnes per pœnitentiam recipiendi sint ad Ecclesiam: differenter tamen, ut docet beatus Aug. lib. de unico baptismo contra Pecilianum cap. 12. Nec illud sine distinctione preterimus, ut humiliorem agant pœnitentiam, qui iam fideles Ecclesiam Catholicaam deseruerunt, quam qui in illa nondum fuerunt. Heretici quidem in Ecclesia

51

clesia similes sunt illis qui in ciuitatibus  
feditonem mouent: qualiter autem sine  
seditione tractandi, Reipublicæ rectores  
viderint. Sed ad hereticos reuertamur:  
quorum aliqui adhuc sunt intra Eccle-  
siam: Quia aut per sententiam non sunt  
expulsi, aut nondum rebellarunt, Et ho-  
rum facilis esset correctio, si Principes  
atq; Prælati, utilitati Ecclesiæ consule-  
re voluissent. Sed quia eos corrigere ne  
gligunt, fluctuat Ecclesia turbinibus.

Prouerbiorum 29. cap. Puer autem qui  
dimititur voluntati suæ, confundit ma-  
trem suam. Mater hæc est Ecclesia, quā  
heretici suæ voluntati dimissi confun-  
dunt: dum enim non corrigitur, exi-  
stentes sub potestate Prælati, & suam au-  
gent malitiam & pacem Ecclesiæ con-  
turbant. Vnde Salomon in eodem cap-  
tit. Qui delicate à pueritia nutrit seruū  
suum, postea sentiet eum contumacem.

Quis est seruus hic contumax nisi here-  
ticus, tenax propositi, cuius semper fuit  
regularis temeritas proprio sensu tenu-

H iii cius

cius adhærere, quām Ecclesię sensui cō-  
muni. Hiero: Teophilo. Super nepharia  
hēresi quam in multa patientia geris, &  
putas Ecclesię vitceribus incumbantes,  
tua posse corrigi lenitate, multis sanctis  
displacet, ne dū paucorū pœnitentiā prē-  
stolaris, nutrias audatiā perditorū, & fa-  
ctio robustior fiat, hēc Hieroni: Et Chri-  
stostomus super illa Pauli verba ad Gala.  
1. ca. Nisi quòd quidā sunt qui cōturbāt  
vos, et volūt subuertere Euangeliū Chri-  
sti, inquit: Etenim si qui à diuinis p̄fscri-  
ptis resiliere conabātur, & paulū quicquā  
fecus quām oportet tentabāt, mox ab ini-  
tio fuisset adhībita conueniens increpa-  
tio, nequaquam nata fuisset hēc pestis,  
haud quaquā tanta tēpestas Ecclesiās oc-  
cupasset. Dū ergo sunt hēretici pauci,  
paulatimq; incipiunt hēreses pullulare,  
errorib; est obuiandum, ne dum per  
longū conualuerint tempus, difficilimē  
possit medicina parari. Pr̄lati tamē cō-  
tra bonū et æquū multitudini nō cōsulē-  
tes, hēreticos corrigerē negligūt. Inter-  
rim

52

rim vero doctrina eorum ut cancer fer-  
pit, & cum multitudinem iam decepe-  
rint, contumaces & rebelles euadunt.

*Multitudinis habenda ratio est in recipiendis  
hæreticis.*

CAP. II.

**S**ed iam vnde digressa est eo  
redeat oratio. Licet enim pia mater  
Ecclesia in recipiēdis hæreticis, pro qua  
litate culpæ ad quosdam differenter se  
habeat. Omnes tamen visceribus chari-  
tatis debet recipere, omniumq;; etiam re-  
bellum, semper debet habere rationem.  
Hieronimus in Dialogo aduersus Luci  
ferianos. Sed vt dicere ceperamus post  
reditum cōfessorum in Alexandria, po-  
stea Sinodo constitutum est, vt excep-  
tis autoribus hærefeos, quos error excu-  
fare non poterat, pœnitentes Ecclesię so-  
ciarentur. Hic beatus Hieronimus non  
negat (vt ex eodem dialogo constat) hæ-  
refiarchas suscipiendos esse intra gremi-  
um Ecclesiæ, ponit tamen discrimen in-  
ter hærefiarchas & alios hæreticos, hos

H iiii enim

enim excusare ignorantia poterit, illos  
verò semper damnat propria malicia.

Hinc est quod Ecceſia edocta à Spiritu  
sancto, bono multitudinis consulēs, sem-  
per bonū illud particulari bono préfer-  
re curauit. Didicit enim hanc salutarem  
doctrinam à Patre misericordiarum, qui  
Ionam, multitudinis Niniutarum bonū  
flocipendentem, verbis his increpauit.  
Ionæ 4. cap. Et dixit Dominus ad Io-  
nam, Putas ne bene irasperis tu super he-  
deram? et dixit, Bene irasper ego usq;  
ad mortem. Et dixit Dominus. Tu do-  
les super hederam in qua non laborasti,  
neque fecisti ut cresceret, quæ sub vna  
nocte nata est, & sub vna nocte periit, &  
ego non parcā Niniuæ ciuitati magnaæ,  
in qua sunt plusquam centū viginti mil-  
lia, qui nesciunt quid sit inter dextram  
& sinistram, & iumenta multa? Multi-  
tudo hæc inter dextram & sinistram di-  
scernere nescientium, non solum paruu-  
li sunt, qui ad usum nondum peruerterūt  
rationis, sed & vulgus, qui est pars ma-

ior

ior Republicæ: ij enim ob ignorantiam suam frequentius ab hæreticis seducuntur. Imitetur ergo nunc Ecclesia, omni potētis misericordiam, doleat tantę multitudinis vicem, milereatur parvulorum tantorum, qui per baptismum (quod etiam inter hæreticos est verum sacramentum) ex Deo iam nati sunt; reducat errantes, ne & filij cum ad usum rationis peruererint, eorum sequantur vestigia. Videat quid de eius sponso prophetae sit. Isa. 42. cap. Quod & ipsemet spōsus. Math. 12. cap. testatus est. Non contendet neq; clamabit neq; audiet aliquis in plateis vocem eius, arundinem quas fatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Nec hic intelligendi sunt soli Iudei sed et hæretici qui maxime sunt ex multitudine: ij enim per quas fatam arundinem omnique vento agitatam significantur. Sunt enim ut ad Ephe. 4. Cap. Apostolus inquit, ut parvuli fluctuantes qui circumferuntur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astu-

tia ad circumventionem erroris, quia nō  
uerū audire pastores & doctores, quos  
Deus Ecclesiæ suæ dedit, audierunt autē  
quos misit Spiritus erroris. Qualiter au-  
tem habenda sit ratio multitudinis hære-  
ticorum Aug. contra epistolam funda-  
menti docet. cap. 1 & 2. inquiens. Et ro-  
gauī & rogo Deum ut in refelenda & re-  
uincenda hæresi vestra Manichei, cui &  
fortasse imprudentius, quām maliciōsi-  
us adhæsistis, det mihi mentem pacatam  
atq; trāquillam, & magis de vestra corre-  
ctione, quam de subuersione cogitantē.  
Quanquam enim Dominus per feruos  
suos regna subuertat erroris, ipsos tamē  
homines in quantum homines sunt, emē-  
dandos esse potiusquam perdendos iu-  
bet. Verba hæc beati Aug. non ex vul-  
gari sed ex rara & mirabili charitate er-  
ga hæreticos manarunt. Quis enim non  
videt quām pie & religiose, hæreticorū  
malitiā & hominum feueritatem extenu-  
at? et tamen ut ōnes ad misericordiā in-  
uitet fortasse inquit, imprudētius quām  
malici

maliciosius adhesistis. Planè etiam calamitosis nostris temporibus, plures sunt qui hæresibus per ignorantiam, quam per malitiam adhæserunt, nec contrarium existimare poterit: nisi qui cunctis fuerit maliciosior. Cur ergò multitudo lapsæ per ignoranciam in hæresim, non miserebimus? Cur humana statuta erunt impedimento, ne ad optatum finem tantum bonum perueniat? Licet enim statuta sint iusta: sine quibusdam tamen eorum, in sua puritate christianissimus poterit permanere. Aug. vbi supra. Nostrum fuit igitur eligere & optare meliora: ut ad vestram correctionem aditum habereamus: non in contentione & æmulatione, & persecutionibus: sed mansuete consolando, beneuole hortando, leniter disputando: sicut scriptū est. 2. ad Timoth. 2. cap. Seruum autē Domini non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes, docibilem, pacientē, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, ne quando Deus det istis pœnitētiam,

etiam, ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a Diaboli laqueis, a quo captivi tenentur, ad ipsius voluntatem.

Nostrum ergo fuit velle has partes ex parte Dei est volentibus & potentibus, donare quod bonum est. Illi in vos seuiant, qui nesciunt cum quo labore verum inueniatur, & quam difficile caueantur errores. Illi in vos seuiant, qui nesciunt quam rarum et arduum sit carnaliaphantasmata pie mentis serenitate superare. Illi in vos seuiant, qui nesciunt cum quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solem iustitiae. Illi in vos seuiant, qui nesciunt quibus suspirijs & gemitibus fiat, ut ex qua tula cumque parte possit intelligi Deus. hac tenus Aug. Ego deniq; dico. Illi in vos seuiant, qui sic se existimant stare, & ita calum non horrent ac si omnino essent securi. Sequamur igitur Apostoli Pauli sententiam, qui ad Galat 6. cap. inquit. Fratres et si preocupatus fuerit homo in aliquo

aliquo delicto, vos qui spirituales estis,  
huiusmodi instruite inspiritulenita  
tis considerans teipsum ne &  
tu tenteris..\*

\* \*

\*

FINIS.

